Cronologia ab exordio Mundi usque ad Sixtum quartum

N. B. hec Chronol. sumeret Martyrol. Rom. Bede Euseb. Cesar.

GENERATIO ET GENER
ATIO LAUDABIT OPERA
tua: et potentiam tuam pronuntiabunt.
Scribitur ps° .Jxc. Cum non sine mul
ta diligentia s(an)c(t)orum patrum studia
temporum decursus supputavint non
dubium quin magna utilitas ecclesiasti
cis viris precipue illis qui ecclesiasticā
politiam gubernare habent inde proveni
at. Nec illi statui hominum hoc parū
prodesse credendū est. si temperata mēte
ad rerum gestarum hystorias quas ob
diuturnam memoriā studiosi viri con
scripserunt oculos levent quamvis plerique
id minus perspectent. Decet namque in
tos virtuosos precedentia facta sepe ad
memoriam reducere ut bonis exemplis
discant dignis operibus insistere & in
malis valeant perditionis scopulū de
clinare. Verum nisi preciosum a vili se
paretur stulta concupiscentia temporaliter
se non valens in voraginem tenebrarum
precipiti cursu mergeretur. Ob hoc sā
doctores intendentes quod ad intellectum sa
crarum scripturarum ecclesieque regimen
hystoriarum decursus ex parte necessari
esset & simulque omnium gestorum congeries
inutilis. Tum pro sui magnitudine. Tum
pro superfluorum ac inutilium factorum re
petitione supervacua quasdam nobis hi
storias canonizaverunt amputatis fabula
tionum superstitiis ac genealogiis int
minatis que ad rem non pertinent. Sicque
factum est per maximos eorum labores ut
pene simul tota temporum hystoria bre
vissimo studio a quolibet intelligente
iam nedum sine labore, immo cum magna
cordis oblectatione possit incorporari.
Decuit quoque ad ornatum scripture ut
hac pulchritudine non careret quod omnibus
gentibus tamquam lucerna prefulgida in ob
scuro loco proponenda fuit. Ingenium
insuper humanum quod magnifice plā
comprehendere faciliter potest hoc delicioso
prato diversorum florum privari non
debuit. In quo varia virtutum exempla
reperiens factaque reproba eque considerās
illa carperet hec preteriret moneretur. Vi
dere enim supra modum est delectabi
le qualiter primi nostri parentes ex quibus
originem duximus instituti fuerint
a summo gubernatore omnium deo
deinde qualis decursus eorum quomodo
profecerit & defecerit rationalis creatura in
sapientia virtute sanctitate ac longe
vitate et in omnibus his divinum re
gimen admirari quam sit mirabilis deus
in creaturis suis quam magis administrare

cessant quos condidit. quanta creatoris
longanimitas & misericordia atque quam inscru
tabilis diuinorum iudiciorum abissus. Hec
& infinita alia penolans humana industria
pennis quibusdam interne contemplationis
non solum preterita & presentia sed etiam
futura metitur. dum ex similibus ad silia
progreditur. cui si bona uoluntas adiuncta
fuerit. tedio quodam mentis huius mundi
surgit ad laudandum regratiandumque contempla
tur. Cupiens dissolui & esse cum eo meteri
mus. Incipit ergo hec contemplatio in ioan
da speculatione creaturarum & finitur in se
lationem tedio earundem appetituque creatoris
iuxta illud psalmiste. Quid enim mihi est in
celo & a te quid uolui super terram. Mihi
adherere deo bonum est. Hoc forte in pre
assumpto illo idem psalmista nobis persua
dere intuitur dicens. Generatio & genera
tio laudabit opera tua. et potentiam tuam pro
nuntiabunt. quasi dicat per omnia que in mun
do casura cernimus. ad te qui numquam defi
cis tendere debemus. Que utique satis ualde
accommoda est ad propositum nostrum.
Cum enim teste Augustino plura in sacra
scriptura commemorantur que nihil significent
cant. at tamen necessaria sunt propter hec
in quem ordinantur. ea que aliquid signi
ficant. Necesse est ita talibus uti quamuis sterilia
sint sicut illis que secundum deuotione ime
diate in deum mentem nostram sustollunt.
Alioquin non recte scripturam legimus
in qua spiritus sanctus semper loqui credendus est.
Sunt ergo arida quo ad superficiem littere.
sed grauida quo ad spiritualem intelligentiam.
Que autem ita aliena sunt ut nequaquam spiri
tualiter intelligi possint. omnia tamen ue
neratione digna sunt. propter finem in quem
ordinantur. quem est scire & diligere deum. de
quo genere uidetur esse supputatio annorum
que in sacra hystoria diligentissime anno
tata continetur. De qua ut item Augustinus
testatur. hoc certissime tenendum est. quod tan
ta est diuina auctoritate roborata ut omnino
falsissimum sit quicquid ab ea ita dissi repar
quod omnino cum ea concordari non possit. Que cum ita
sint mirum ualde uidetur cur sacre scripture
tractatores de hac materia in tantum sint di
uersificati in pluribus locis usque hodie ut aut
omnino aut uix nequeant concordari. Redit
igitur illa antiqua & famosa questio de trans
latione lxx interpretum. An potius scis stan
dum sit in supputatione annorum an textui he
breorum quem moyses ille maximus & primus
legis promulgator edidit. hic contendunt sci
doctores in genio suo & quilibet pro captu suo
dicit quod sensit. Quia autem periculosum est
de magistrorum ecclesie iudicare sententiis
ut dicit hieronimus super tamen. atque nimis
laboriosum omnia retexere. Ideo beda post
alios qui studiosius in hac materia sudauerunt
elegit modum Orosii qui satis concorditer cum
hieronimo Eusebio aliisque magis auctentic

de his loquitur dicens ecclesiam hunc
modum tenere. licet alios non reprehendat
quare autem intendit ut hec supputatio ma
gis uulgata sit in libris plurimorum postea
considerandum. Augustinus etiam xv. libro
de ci. dei multa de his tractat sed satis de
positione bede quia sequebatur exemplaria
que tunc magis uulgata erant ut patet in
omeliis suis. maxime super psalmistam.
Positio Orosii & bede habet quod a creatione
mundi usque ad natiuitatem Abrahe fluxe
runt anni. 3184. secundum lxx interpretes. Hebrei
autem minus habent 1236. quia secundum bibli
as correctas iuxta hebraicam ueritatem ab
Adam usque ad natiuitatem Abrahe fuit anni
tantum 1948. Deinde concordant satis
cum hebreis lxx interpretes usque ad destructionem
templi que uocatur communiter transmigratio
babilonis. Sequentia tempora non habentur ex
cronica scriptura sed ex aliis hystoriis
tam iudeorum quam gentilium ubi iterum est
diuersitas sed non nimis magna. Fiunt
igitur colligendo secundum bedam a mundi
creatione usque ad christi natiuitatem omnium
anni. 4199. Et hic est modus ecclesie.
Unde uersus. Unum tolle datum ad mi
lia quinque ducenta Nascenti domino beda
dat a protoplasto. De ulteriori discus
sione huius questionis. Vide si placet Au
gustinum ubi supra. & hieronimum ac alios lo
cis suis. hic autem quia breuitati studemus. pro
lixitas ipsa nobis uitanda est. Colligere
namque disposuimus iuuante domino ex
pluribus libris fasciculum quendam temporum
a mundi creatione usque ad presens in quo
tam sacrarum scripturarum quam diuersarum
aliarum hystoriarum facta tamquam in memo
riali quodam compendiose religabimus. nec
mihi conscius sum aliquid posuisse quod
non in fide dignis hystoriis habeatur aut
aliis libris ecclesiasticorum doctorum sine
quod non ex eorum dictis aperte sequatur.
Ubi autem dubium fuerit an sic uel aliter hoc
ipsum etiam ita ut reperi pari modo anno
taui. Ne autem superficies hystorie deuotis
tediosa sit. per sepe sententias quasdam flori
dissimas ex sanctorum dictis applicaui que
deuotionem redolere possunt & doctrinam aucto
ritatem magis dantes his qui ante nos labora
uerunt. Nos pro modulo nostro in labores
eorum intrauimus sparsim hinc inde carpentes
quod potuimus. Ut autem sciatur quo in
ordine eos sicuti simus. Primo totum tempus
ueteris testamenti 4199 annorum in quinque
etates distinctum reperimus in quodam li
bello qui ysidoro ascriptus uidebatur. ubi
multum artificialiter procedit deducendo an
nos mundi usque ad tempora sua scilicet Eraclii qui in
cepit regnare circa annos domini 612. Sed
supputationem suam non ordinat secundum
Eram christi sicut nec Orosius. hunc sequi
mur in primis duabus etatibus similiter. &
in duabus sequentibus exceptis paucis quam

textus secundum hebraicam veritatem a na
tivitate Abrahe usque ad captivitatem ba
bilonicam apud nos magis est correctus
& diligentius explanatus ideo sequimur
eum. Parum tamen refert. In quinta eta
te maiorem laborem habuimus propter ni
miam diversitatem hystoriarum & de nimi
orum quia iam unum iam alium prout me
lius putavi sum secutus. Annos autem debite sign
los annos supputantium lectoris iudicium
omitto. Lineam Assiriorum Romanorum
ac aliorum ex diversis hystoriis laboriose co
aptavi. Rogamus ut si eam transcribere placeat
diligenter observet spacia & numerum correspo
dentem ne longius aut strictius ponat quam
exemplar habet. Alioquin & labor peribit
& fructum non reportabit. Certique opus co
mendosius quo compendiosius nisi hoc dili
genter studeat observare. Si autem debite quod
facile arbitramur hec incorporaverit non
modicam ei prebebit illuminationem ad intel
ligendum sacram scripturam libros Augustini
Ieronimi Orosii aliorumque si vera sunt que
in pluribus libellis scripta repperimus. Porro
in sexta etate sequimur cronicam Martini
& Vincentii qui compendiose procedunt usque
ad tempora sua. Post eos per annos fere
sequor notabilem librum quendam cuius aucto
rem nescio qui pene usque ad tempora nostra
attendit. Que autem depost acta sunt memorie
digna sicut audivimus & vidimus fideliter
prioribus supposuimus que omnia in seque
tibus summa brevitate patebunt. Modus
autem procedendi planissimus est gro[ss]itudi
nique rusticane adeo amicus ut in pariete
quidem depingi possit eo quod illico sine om
ni difficultate intuentibus se offerat. De
pinximus enim in medio folii circulos cum nominibus
personarum debitis pro quolibet tempore atque
infra & supra lineas lineas duas quarum
superior cum suo numero descendit ab A
dam usque ad Christum iuxta seriem predictorum
significans ut quicquid ex adverso illius nu
meri scriptum est sive superius sive inferius
etiam circa illa tempora factum verisimiliter credatur.
Secunda linea idest inferior econverso ascendit
a Christi nativitate usque ad mundi creationem
ut eadem facilitate uno numero inspecto
sciatur quot annis hoc aut illud factum sit
ante Christi nativitatem quod ideo sic ordina
vimus quia hec era magis solempnis est
apud nos & citius solet requiri. Post Christum
similiter anni descendunt usque ad tempora nostra
paulatim crescendo ita ut superior semper ostendat
etatem mundi & inferior etatem Christi.
Quia autem ex multis libris mendose scri
ptis modum hunc non levi labore ad line
am veritatis correximus obsecramus pro
Christo lectorem ne incaute manum ad
corrigendam hanc annorum supputationem appo
nat nisi prius toto opere perspecto. Quod
non ideo dicimus quasi nullibi erraverimus sed
ad cavendum de nimia diversitate doctorum
in hac materia & frequenter positio unius

est involutio alterius. Ubi autem errorem
invenerit clementer ignoscat & corrigat
ex libris predictis quos sequimur. Facile
enim in numeris erratur qui sepe negligenter
describuntur & negligentius emendantur
ut dicit Augustinus xv. libro de civitate dei

VNDI ETATES silitu
dinarie accipiuntur secundum etates
hominis. Que a diversis diversimode as
signantur multisque rationibus assumentes
quare sic vel sic conveniunt incoent aut
terminent de quibus nichil ad presens. Sed
quantum nobis sufficiat est adtendendum quod sex sunt
etates mundi. Quarum prima incipit a mun
di creatione & durat usque ad diluvium
habens secundum hebraicam veritatem annos .
1656. Secundum lxx interpretes sicut Ysidorus
ponit & alii plures quos hic sequimur ha
bet annos 2242. Sic differunt in annis 186.
quos hebrei minus habent in hac etate. Iuxta
hunc computum Matusalem mortuus est
ante diluvium eodem tamen anno diluvii.
Secunda etas incipit a diluvio & durat usque
ad nativitatem Abrahe habens secundum he
breos annos 292. Sic differunt. Secundum lxx
interpretes 942. Sic differunt in annis 670.
quos iterum hebrei minus habent. Que autem
sit ratio tante diversitatis reperire non potui.
Tertia etas incipit a nativitate Abrahe
& durat usque ad initium regni David habens
secundum hebreos annos 942. Secundum lxx interpretes
940. Quarta etas incipit a principio re
gni David & durat usque transmigrationem
babilonis habens annos 485 secundum hebreos.
Secundum lxx interpretes 484. Quinta etas
incipit a transmigratione babilonis scilicet
quando Iherusalem destructa fuit & templum
incensum. Durant usque ad benedictam
nativitatem Christi habens annos secundum
hunc modum pretactum quem hic sequimur
490. & sicut predictum est grandis est al
tercatio de supputatione annorum huius eta
tis. Diversi diversimode computant sed non
nimis multum differunt inter se. Eligat quisque
quod sibi placuerit. Quod nobis visum fuit
posuimus. Sexta etas incipit a nativitate
Christi & durat usque ad finem mundi cuius
terminum solus deus novit. Et hec dicitur
Senectus sive hora ultima.

Dies primus in quo fecit deus lucem & divisit lucem a tenebris

Dies secundus in quo fecit deus firmamentum & divisit aquas ab aquis

In quo congregavit deus aquas in unum locum & apparuit arida

Dies quartus in quo fecit deus solem lunam & stellas & posuit eos in firmamento

Dies quintus in quo fecit deus pisces & volucres & cetera animalia

IN PRINCIPIO CREAVIT DEUS celum et terram etc. Dicit beatus Augustinus super genesim. Que maior est huius scripture auctoritas quam omnis humani ingenii perspicacitas. Sed quia de tempore principaliter hic intendimus, principium temporis breviter tangere placuit. Unde est advertendum secundum doctores quod quatuor coequeva in principio creata sunt a deo ex nihilo in quo relucet creatoris summa potentia. Hec sunt celum empireum angelica natura materia quatuor elementorum et tempus. Et hoc vocant opus creationis quod factum fuit ante omnem diem. Post sequitur opus distinctionis in quo relucet creatoris summa sapientia quod factum fuit in tribus diebus primis. Deinde sequitur ornatus in quo relucet creatoris summa bonitas, quod factum est in tribus diebus sequentibus ut patet clare in textu genesis primo. Septima autem die requievit ab omni opere quod patrarat, non quasi operando lassus, sed nova creatura facere cessavit cuius materia vel similitudo non precessit. Quod dicit Johannis v°. Pater meus usque modo operatur & ego operor intelligitur de continua universe creature administratione quia quod condidit continere & gubernare non cessat. & in hoc relucet creatoris summa perfectio quia sibi soli sufficit nec eget creaturis sed magis econtra quia in virtus creatoris est causa subsistendi omni creature. Et hoc est quod septima dies non habet vesperam. De his plenius vide magistrum in secundo sententiarum et doctores desuper copiose scribentes. Porro sequens tempus licet deum nobis ostendat quo ad hec quatuor predicta, scilicet summam potentiam sapientiam bonitatem & per consequens summam perfectionem, tamen specialius ostendit divinam misericordiam et iustitiam iuxta illud psalmiste. Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Et iterum. Universe vie domini misericordia & veritas. Misericordia tamen sic(?) separatim tenet quamdiu viatores sumus que nulli penitenti veniam negat. Deo gratias.

Anno primo mundi die sexto formavit deus Adam in agro damasceno & evam de costa eius collocavitque eos in paradiso ut operarentur & custodirent illum precipiens ne de fructu ligni scientie gustarent sub pena mortis. Eodem die dum peccassent statim eiecit eos de paradiso in terram maledictionis ut in sudore et erumpna viverent in eadem donec morerentur ut habetur genesis .120.

Iste Enos cepit invocare nomen domini forte aliqua verba deprecatoria invenit aut ymagines fecit etc.

Adam moritur & sepelitur in Ebron.

Iste Matusale senissimus quo ad multitudinem annorum fuit omnium quos scriptura commemorat. Sed ut dicitur nunquam casam aut domum habuit. Cui cum v° annos haberet dixit ei dominus edifica domum si vis quia mandaverit(?) ad v° annos vives. Et propter tantillum temporis non edificabo domum. Sub arboribus igitur et in cavernis dormivit ut prius.

Anno mundi primo

Hic incipit prima etas mundi durans usque ad diluvium. Et habet annos duo milia ducentos xlii.

Adam vixit annis ix^c xxx.

Die sexto in quo fecit deus bestias & hominem

Ex quo genuit xxxii filios & totidem filias

Eva

130 · 235 · 325 · 395 · 460 · 622 · 687 · 874

Seth vixit annis ix^c xii · Enos ix^c v · Chaynan ix^c x · Malaleel viii^c xcv · Iareth vixit annis ix^c lxii · Enoch vixit annis iii^c lxv · Mathusalem ix^c lxviiii · Lamech vixit annis vii^c lxxvii

Iste Seth natus est xxx° anno Ade quando mortem eius promisit. Cui gemebat luxit Abel in valle plorationis prope Ebron. Ipse etiam pro oleo misericordie impetrando paradisum adiit.

Adam in universis cunctis diebus suis spiritu prophetie claruit. Penitentiam magnam & diuturnam fecit. Filiis suis precepta iustitie tradidit precipiens ut a consortio Cayn ac filiorum eius abstinerent, nec cum eis matrimonia inirent. Hic primus noster parens unio(?) peccato a paradiso non sepultus sed sua conversatione sua ac penitentia exemplum nobis dedit ad gaudia celestis regni remeandi. Qui autem hec non sequitur de peccato cum iusticia non valebit.

Iste Enoch iustus placuit domino quem propter nimiam sanctitatem transtulit in paradisum ubi cum Helia vivit in magna corporis & spiritus tranquillitate usque ad antichristi adventum. Tunc enim exibunt propter electorum confortationem et necessario morientur. Enoch scripta reliquit.

Delbora soror Abel

Iste Abel primus martir ecclesiam inchoavit quia in gratiam mortuus est. Sed in ab Adam inchoata fuisset non forte continua. Hic sanguinem civitatem dei condidit cuius primus civis fuit & quia iustus fuerat deus eius oblationem acceptavit.

Abel occisus a Cayn

Calmana soror & uxor Cayn

Civitas terrena ab homicida Cayn incepta homicidam Lamech

Augustinus xiiii li° de civitate dei. Fecerunt itaque civitates duas amores duos. Terrenam scilicet amor sui usque ad contemptum dei. Celestem vero amor dei usque ad contemptum sui. Denique illam se ipsa hec in domino gloriatur. Illa querit ab hominibus gloriam, huic autem deus conscientie testis maxima est gloria. Ad illam pertinet Cayn qui primus natus est et civitatem condidit. Ad istam pertinet Abel qui secundus natus est.

Enoch · Irath · Manaheel · Mathusael · Lamech

Cayn

Iste Cayn sceleratus primus civitatem condidit terrenam condidit in qua suos posuit propter timorem cogitationis et invidentie cecabat. Unde sibi precavebat sibi talia reddenda que talia faciebat. Iam timorose recepit hic frater suus Abel propter invidiam occidit. Et punitus a domino vagus & profugus desperans tandem a Lamech occiditur.

In hoc Enoch causa sua dedicavit civitatem. Unde sicut dicit Augustinus xv de civitate dei non est absurdum quod Cayn edificavit civitatem, cum vite eius cursus in scriptura indicat tunc fuisse quia eos neminem quem esse potuerimus. Et illos tantum nominare necesse putavit quos suscepti operis ratio postulavit. Sic cum ibidem pervenire beata per eius sceleratum, unde narro in uno finit. Quo perveni significatur & ipse numerus prefiguratur a quo servi fictus est ut in peccatum.

bigamia

Iste Lamech primus contra naturam & mores bigamiam introduxit adulterium committens. Sepe etiam Cayn occidit non voluntate sed fortuitu. Sed cum senuisset et caligassent oculi eius et puero ducebatur quem putabat feram vidisse videre dicavit ei ut sagittaret, et sic ipsum Cayn transfixit.

Gigantes fuerunt in terra

Ada uxor Lamech

Patris Lamech ab istis uxoribus afflictus fuit quia pro quo peccavit per hec & punitur.

Sella uxor Lamech

Curiositas

Non omnes artes sive scientias sed daret mechanicas vel physicas curiositati deservientes a filiis Lamech leguntur invente.

multiplicantur mala super terra

Iabel

Iste Iabel porta tentoria pastorum primus instituit et tentoria fecit.

Concupiscentia aurium

Iubal

Iste Iubal primus canentium in tuba cithara & organo musice artis inventor quia per proportiones sonorum ex malleis eos suppendit.

Concupiscentia oculorum

Tubal Chayn

Iste fuit primus malleator et fabricator in metallo operaciis & sinuctorum(?) artis sculpture.

Concupiscentia carnis

Noema


Iste invenit artem variare texture lanam & linum in fila trahens pannum texuit. Antea pellibus bestiarum pro vestibus utebantur.

¶ Pro intellectu horum est aduertendum quod uetustissime de istis tribus filiis noe gentes ~~quae~~ procreate sunt ~~procreate sunt~~ ut patet gen. x. Unde ad designandum misterium hoc dominus ihesus lxxii discipulos misit ante faciem suam ut dicitur luce De hac materia diligenter tractat Augustinus xvi de ci. dei. & inter cetera dicit quod plures alii nati sunt qui propterea non sunt commemorati quia gentibus aliis nascendo accesserunt. Ipsi autem gentes facere nequiuerunt. Harum autem gentium uocabula partim manserunt ita ut hodieque appareat unde fuerint diriuata sicut ex assur assirii & ex heber hebrei partim temporis uetustate mutata sunt ita ut uix homines doctissimi antiquissimas hystorias perscrutantes nec omnium sed aliquarum ex istis origines gentium potuerunt reperire & si omnia considerent plura mutata quam manentia nomina apparent.

¶ Nota secundum doc. debitam penam hac specie mundo inflictam quia in luxuria habundauit que corpora polluit. Ideo per aquam loca & terra mundata fuerunt. In fine autem mundi quia cupiditas habundabit per ignem cremetur. Aurum enim & argentum igne purgari solet.

filii Cham et Chus

¶ Isti nomina perdiderunt & sunt nobis ignoti



Hoc signum federis quod do inter me et uos et ad omnem animam uiuentem gen. ix.

Arcus pluuialis sine yris principaliter duos colores habet qui duo iudicia representant. Aques diluuium preteritum figurat ne amplius timeatur. Igneus futurum iudicium sed per ignem ut certitudinaliter expectetur.

Saba | Euila | Sabacha | Regma | Sabatacha

¶ Ab hoc sabei arabes — ¶ Ab hoc geti in deserto zabulon habitantes [illegible] — ¶ Ab hoc sabatheni

Saba — ab hoc sabei

Dadan — ab hoc ethiopes occidentales

¶ Ab hoc aram sunt siri quorum metropolis damascus

Aram | Hus | Hul — ab hoc armeni | Gether — ab hoc ethei | Mes — ab hoc meones

¶ Iste traconitidis & damasci principatum tenuit. unde fuit Job secundum de terra hus Job primo

¶ Iste Jonichus fuit filius noe de quo Moises tacet. sapiens prius post diluuium astronomiam inuenit. Dum futura prudenter nouisset de quatuor regnorum ortu & eorum occasu eisque premonuisset ei munera in terra etha habitatus ibi genere consilia dedisse. Hic fuit dicitur dedisse nemproth quod regnaret

Lud — ab hoc dicti sunt ludii

Assur — ab hoc assirii

Elam — principes persidis

¶ Iste assur quia nolebat repugnare deo dominum in edificatione turris babel cum Nemproth ideo fugit de terra sennaar ad aliam regionem longinquam primo non habitatam que ex eius nomine uocatur Assiria edificans ciuitatem que post Niniue appellata est que fuit metropolis totius regni assiriorum. Iste populus semper habuit crudelitatis infamiam.

Jonichus filius Noe

Hic incipit secunda etas mundi

Anno uite noe DC. facta est diluuium. Adam uero ccxl. et habet annos. ccxlii ... .922.

Noe uixit annis DCCCCL.

Tempus diluuii

2282 | 2288 | 2289

Sem — asia possedit — uixit an. DC.

Arfaxat — ab hoc caldei — uixit an. cccxxxviii.

Sale — uixit an. cccxxxiii.

ll.62 | ll.68 | 2820

Anno ante christi natiuitatem

¶ Noe enim iustus inuenit gratiam coram deo. Cum enim esset annorum quingentorum genuit cham. sem & japhet. Archam de mandato domini edificare cepit quam centum annis perfecit. Centesimo igitur anno iam archa completa iterum dominus apparuit ei mandans ut cum uxore sua filiis & uxoribus eorum archam intraret & etiam animalibus statimque diluuium inundauit. Et stetit aqua super altissimos montes cubitis xv. genes. vii. ¶ Et notandum quod eodem die damno in marcio quo ingressus fuit anno reuoluto diluuii [illegible] qui ibi erat egressus est. Post diluuium accidit ipsi Noe illa famosa ebrietas cuius occasione ipse filiis uidelicet sem & japhet pro honore patrio honestaque uerecundia benedixit. filio uero cham pro irrisione & inuerecundia maledixit. hic igitur secundum augustinum fit primo mentio de seruitute per oppositum de nobilitate. Nec putandum est quod omnes de cham descendentes fuerunt ignobiles & impotentes cum ipsi reperiantur esse potentes super terram ut patet de Nemproth & de regibus Chanaam ac aliorum. Nec omnes de sem & japhet fuerunt uirtuosi sui nobiles aut potentes cum pene omnes in ydolatrie cultum deciderunt atque ab aliis oppressi sepe fuerunt. Sed hec benedictio & maledictio magis uitia & uirtutes respicit propter quod uel quas honeratur uel ignobilis uel nobilis. Pari modo quod fide Abrahe sectantur potius dicuntur eius filii quam iudei qui carnaliter ab eo descenderunt. habuerunt in nobilorum quedam specialia priuilegia premencia prius ac benedictione etc.

¶ Iste biennio post diluuium genuit arfaxat. Et fertur fuisse melchisedech qui primus post diluuium condidit urbem salem ipsa est ierusalem & ab ipso descenderunt generationes xxviii.

¶ Aug. xvi de ci. dei post benedictionem filiorum Noe usque ad Abraham nulla fit mentio iustorum aliquorum nec eos tamen defuisse crediderim. Sed si omnes commemorarentur nimis longum fieret. & atque esset hec magis propter historiam diligentia quam prophetica prouidentia.

¶ Ab isto chus ethiopes periti philosophi & ab isto mesraym egiptii sunt exorti.

filius noe Cham — affricam optinuit

Chus & Mesraym — filii cham

filius chus Nemproth — geteten in spiritali non fecit

Chanaan et fuch — filii cham

¶ Sidon etheus iebuzeus amorreus gerzeus eneus araceus sineus aradius samareus ephi non & amatheus

¶ Iste cham cuius uerecundia patris irrisit maledictus fuit & ob quod maledictus fuit ab ipso heredum prescientium [illegible] omnibus dominabitur hic generationes condidit xxx.

filii mesraym

¶ Ludim anamim laabym neptaym phetusim cesluym de his egressi sunt philistiim & capturim aliis ignoti sunt.

¶ Iste nemproth gygas x. cubitorum cepit esse potens in terra & erat robustus uenator coram domino. Hic insatiabile illud initium dominandi libidinis per terram inde inchoauit quod de capite usque hodie miscelo adeo est contritus ut dici non possit. fuit principium regni eius babilon Arad & Arcad & calamne in terra senaar.

¶ Ab isto chanaan progeniti sunt afri & fenices & cananeorum gentes

¶ Et ab isto fuch libies dicuntur exorti. Unde & mauritanie fluuius usque in presens fuch dicitur & besque circa eum regiones fuitenses.

filius noe Japhet — europam habet

Gomer | Magog | Madai | Iauan | Tubal | Mosoch | Tyras

¶ Iste a prebendis est promissione dilatationis dilatatione enim spatiabitur. Condidit generationes xv.

¶ Ab isto descenderunt gallatie & galli. generationes tres

¶ Ab hoc sithe & gothi traxerunt originem sum hebreorum.

¶ Ab isto medi

¶ Ab hoc iones & greci

¶ Ab isto hiberi hispani

¶ Ab hoc capadoces

¶ Ab hoc traces

Assenes | Riphat | Thogorma | Helisa | Tarsis | Cethim | Dodanym

¶ Ab isto sarmate quos greci regios uocauit

¶ Ab hoc padagones

¶ Ab hoc sunt frigies

¶ Ab hoc helizi & [illegible] lides

¶ Ab hoc silices

¶ Ab hoc ethei

¶ Ab hoc Rodii

Scithaz regnum oritur · ppe danubium

Gothi sunt de hoc id est vngari et dani

Amazones sunt mageschar

Regnum oritur id est feminarum inter sciticas & albanos versus septentrionem de scithis trahunt originem.

Sichio monii regni oritur Regales p^o rex

Sicut dicit augustinus xviii de ci. dei regnum sichioniorum admodum pui ... erat de quo doctissimus varro velut antiquo tempore exorsus est ... puenit tandem ad atheniensis deinde ad latinos post ad Romanos

Hic dicitur fuisse cham filius noe

Zorastes p^s rex bactrianorum

Iste Zorastes dicitur secundum augustinum risisse primum quando natus fuit nec aliquid boni monstruosus ille risus protendebat cum omnibus fere sit fletu hunc mundum intrare. Arte namque magicam invenit. Et a Nino in bello superatus est qui eius libros combussit.



De malicia huius Nemproth plenum sunt libri fore divino iudicio actum est ut Nemrod in eius vocabulo plane se offerat qui similem infamiam habuere. Nam post confusionem linguarum ad persas abiit et eos ignem colere docuit. babilon derelicta filio suo belo qui ei successit, et posteritas eius regnum illud optinuit usque ad quartam aliadem secundum metodium. Augustinus dicit eum fugatum inde a cham et filii assur regnum illud optinuerunt usque ad annos M·CC·X

Hoc regnum pene numquam pacatum fuit.

Belus p^s rex assiriorum ... quibusdam

Iste belus dicitur inde sano regnasse quem primum dominum habuit. Ipse fuit primus quem eius populi deum fuisse putaverunt. Unde diverse gentes diversimode eum nominant scilicet bel baal baalim belphegor belzebub. Hoc regnum hic enim et enormis longe brevi vita duo milia annorum.

p^s rex egypti Sores

Hic oritur egyptiorum regnum quod diversis alterationibus variabo mutatum sed durant usque ad augustum.

Iste Iectan exemplo nemproth acceperit principatum ... omnes fuerunt generationes principales ... longe ... vel mutationes

Elmo dad Saleph Sarmoth Iare Adoram Vzal

Ebal Abimahel Saba Ophir Evila Jobab

Iectan filius heber

filii

2409	2563	2113	2904
Heber vixit annos iiii^c lxiiii	Phaleg vixit annos ii^c xxxix	Reu vel ragau vixit ii^c annis	Saruch vixit annos ii^c xxx
2690	2776	2826	2877

Ab isto heber hebrei nominati sunt. Nam in domo illius post confusionem linguarum sola hebrea lingua remansisse describitur que antea humana dicebatur quia communiter homines utebantur. Ipse secundum hebreos dicitur habuisse spiritum prophetie. Habuit duos filios scilicet iectan et phaleg.

Iste phaleg filius heber dictus sic est quia in diebus eius facta fuit divisio linguarum quasi ipse divisus ab aliis quia in domo sua remansit lingua prissima. Unde secundum Augustinum in hoc non parum iustitie vestigium apparuit quod ista domus libera fuit ab hac pena quia non fuerit particeps in culpa. Et notandum secundum eundem quod numerus linguarum fuit secundum numerum generationum scilicet lxxii. Augustinus autem numerus gentium multo amplius quam linguarum. Nam in una lingua plurimas gentes novimus.

Nobilitas unde habeat principium fortur introducta. Nota quod pluribus de causis nobilitas instituta fuit. Prima fuit necessitatis. Crescente enim humano genere cum homines ad malum proniores essent oportuit probe insultus praviorum adversos nos. Ideo eligebatur aliquis inter bonos industrior ceteris atque prudentior qui ceteris presideret. Virtuosos premoveret, mediocres defenderet, et malos coherceret. Homo ergo talis enobilis est si ab aliis in virtutibus nobilis. Unde hieronimus Nichil aliud video in nobilitate appetendum nisi quod nobiles quadam necessitate constringantur, ne ab antiquorum probitate degenerent. Secunda causa fuit discordia plebium que veterum inditum ignorabant licet non intrinsece pacare nequirent. Nam adeo electi erant quod nichil magnipendere potuerunt nisi quod vulgari tempore celebrabatur. Unde expediebat pro ipsarum pace conservanda ut ex natalibus nobilium principes haberent. Tertia causa processit ex fortitudine a ... singulari. Non numquam enim civitates gravati ob incursus hostiles tale edictum sanxerunt ut quicumque patriam a hostibus liberaret eius nobilitatis per se & suis heredibus perpetuo optineret. Hoc modo plures nobilitati leguntur. Quarta causa ex habundantia divitiarum sumitur. Aliqui enim populares in magna penuria victualium attenuati tradiderunt se et sua alicui diviti ut hoc pacto malum inopie temperarent & eum velut nobilem & dominum deinceps recognoscerent. Inveniuntur etiam quedam nobilitates per divinum oraculum institute licet pauce quarum aliqui permanserunt ut david. Aliqui cito defecerunt ut saul & Ieroboam et quorundam aliorum. Plurime quoque nobilitates leguntur per violentiam & tirannidem introducte quarum similiter aliquae statim destructe et penitus delete fuerunt. Aliquae stabiles permanserunt. Et non quod secundum veteres hystorias raro aut numquam in paganismo nobilium stirpes perpetuate fuerunt propter superbiam & tirannidem. Multe etiam apud xpistianos propter eandem causam delete sunt secundum illud ecclesiastici x^o Sedes ducum superborum destruxit dominus et sedere fecit mites pro eis. Et notandum quod nemo umquam nobilitatem odio habuit quia est bonum per se appetibile sicut virtus aut religio. Sed multi sancti eam fugerunt ob grande periculum quod in ea latet. Hoc satis in scriptura david apparuit qui ipse inter ... dus tam penitus ... degit. Relinquitur ergo quod inter paucissimi ad tantam sublimitatem provecti fuerunt.

Bellati

Item augustinus. Inter plurima regna terrarum in quibus terrene utilitatis uel cupiditatis est diuisa societas. Duo regna longe ceteris uidemus clariora. Assiriorum primum. Deinde Romanorum ut temporibus ita locis inter se distincta atque ordinata. Illud prius in oriente hoc posterius in occidente surrexit. In fine illius initium huius fuit. Regna cetera ceterosque reges uelut appendices istorum dixerim.

Tempora grossa et rudia in quibus nimium humanum genus defecit a perspicacitate naturalis luminis. Ideo necesse fuit institui leges positiuas ut earum adminiculo homo rediret ad pristinam et naturalem intelligentiam. Vide doctrinam in pagina sequente. Nota quod multe iniquae leges ab hominibus institute fuerunt contra dictamen recte rationis. Multique homines qui ceteris siue in potentia siue in prudentia prestantiores erant dii putabantur. Omne enim quod erat insolitum reputabant quasi diuinum.

Teste Eusebio et aliorum gestis, Ilium quoque antiquitus condita memorat.



Hanc ciuitatem magnam Ninus ampliauit atque ex suo nomine Niniuen appellauit. Destruitur autem tempore Iosie regis Iuda.

Iste Ninus libidine dominandi primo omnium ut latius regnare posset finitimis bellum intulit et quia populis adhuc rudibus fuit nec bellandi nec armorum peritia, in habuit, ideo totam pene Asiam sibi subiugauit factusque est primus monarcha orientalium. Cumque Ninus doleret de morte patris sui Beli fecit sibi fieri in suum solatium imaginem eius cui tantam reuerentiam exhibuit ut quibuscumque reis ad ipsam confugientibus parceret et penam remitteret. Huius exemplo plures caris suis mortuis imagines dedicare ceperunt. Videntes autem maligni spiritus curiositatem populi in eis latentes responsaque dantes se deos esse dixerunt et diuinos honores sibi fieri decreuerunt. Sic hoc infelicissimum ydolatrie crimen introductum est diuine maiestati per imaginem offensiuum. In tantum hec uesania creuit ut capitali pena plecteretur qui eos homines fuisse affirmaret.

Reges Assiriorum

Ninus — Belus ... monarcham primum regnauit annis lii

Iste Telexion Sicyoniorum quintus rex fuit quo regnante adeo ibi mitia et leta tempora fuerunt ut et cum defunctus uelut deum colerent sacrificando et ludos celebrando quos ei primitus fecerunt. Huius successit Turiacus circa cuius sepulcrum etiam sacrificare solebant.

Telexion

Iste uulgariter dicebatur rex iustus propter eximiam sanctitatem panisque et uini oblatione Abrahe imaginem instituit. Fuit etiam sacerdos dei excelsi.

Melchisedech — rex Salem

Treueris super Mosellam extitit ciuitas antiqua.

Ista Semiramis relicta Nini fuit que post mortem regis aggressa est idolis et obtinuit quasi per totam Asiam regnum Assiriorum dilatatum est. Ciuitatem maximam Babilonem instaurauit et muris circumdedit. Hec a filio suo Nino dicitur interfecta eo quod ipsi ad illicitos concubitus ausa fuerat prouocare sicut recitat Augustinus xviii de ciuitate dei. Moyses in hystoriis dicit quod proprio filio nupsit atque ex eo filium genuit qui Babiloniam caput regni instaurauit.

Semiramis — iii

Ninus — iiii

Iste Ninus filius magni Nini et Semiramidis quartus rex fertur imperasse fratre mortuo ut patet ...

Abraham quatuor reges persequitur propter Loth quia ceperunt eum quorum unus dicitur fuisse Nemproth et dictus est Amraphel.

3034 — 3115 — 3186 — 3225

Nachor — uixit annis xlviii

Thare — uixit annis ccv

Hic incipit tercia etas mundi durans usque ad Dauid et habet annos 940. 3186. Secundum expositionem nativitatis ... anno natiuitatis Abrami.

Abram — filius Thare — uixit annis clxxv

Non diligenter quantum anno Abrahe lxxv de magnificatione summi dei elapsum est ubi misericordie super humanum genus que tunc ceperunt per oracula promissionum dei accipe. Ob qua ue ubi. Vide augustinum xvi de ciuitate dei.

Hic primum sancti angeli in forma humana apparuerunt hominibus.

2917 — 2807 — 2061 — 1966

Anno ante Christi natiuitatem

Iste Thare post mortem filii sui Aram exiuit de Caldea et peregrinatus est in Carram cum filiis suis et nepotibus fertur quod propter iniurias sibi a Caldeis illatas eo quod nollet adorare ignem recessit. Et dicitur ab hebreis quod Nemproth ibi regnauit qui dictus fuit alio nomine Amraphel rex Sennaar quem diu post hec percussit Abraham ut dicitur Genesis xiiii.

Hic incipit illa dulcis et deuota hystoria patriarcharum modum quemquam deus coluerit et colendum predicauerit. Vide Genesis xii usque ad finem. Magnificentia dei Abraham nascitur anno xliii Nini regis.

Uxor Abrahe mulier sancta

Saray — filia Aran — alio nomine Iescha

Ista Saray diu sterilis tandem diuina gratia fecundata peperit Ysaac nonagenaria.

Agar

Egiptia famula Zare concubina Abrahe et mater Agarenorum.

Ismahel — hos fecit

Hos duos filios et de aliis genuit de quibus hic corporaliter ...

Nabaioth

Cedar

Aram — filius Thare — frater Abram

Ydolatria oritur. Nota si beneuolus hystorias reperies quod tria principaliter homines ad ydolatriam induxerunt scilicet affectio circa morientes adulatio apud reges et diligentia artificii circa sepulturas sculpturas. Demones autem in ydolis latentes et responsa dantes hunc errorem confirmauerunt nimis ita ut capitali pena plecteretur qui eis se non conformaret. Accessit insuper fraudulenta poetarum laudatio qui miseros dampnatosque homines in celum compositis carminibus extulerunt. Et pulchre eodem tempore cum demones loqui hominibus cepissent misit clemens dominus angelos suos ut quibusdam electis etiam uisibiliter loquerentur ne simul tota massa humanitatis errore pessimo deperiret.

Iste Aram mortuus est in urbe Caldeorum id est in loco qui Ur dicebatur. Quod autem dicitur quod in ignem proiectus fuerit cum Abraham et cetera sunt fabule iudeorum secundum magistrum in hystoriis et alios.

Iste Loth cum exisset de Zodomis genuit istos duos filios de duabus filiabus suis ebrius factus.

Moab — pater moabitarum

Loth — filius Aram

Amon — pater amonitarum

Loth uir iustus et sanctus mortuus est iam meruit in uisitatione sicut et Abraham.

Cethura — uxor Abrahe

Madan

Madian

De ista Cethura orti sunt plures filii et gentes ut patet Genesis xxv. Hanc duxit Abraham post mortem Zare.

Laban

Iste Laban fuit rex terre cum quo fuit seruiit Iacob pro duabus filiabus suis scilicet Lya et Rachel.

Nachor — filius Thare

Iste Nachor exiuit cum patre suo Thare de Caldea et uenit in Carram Mesopotamie ibique moratus est et posteritas eius permansit.

Batuel

Rebecca

Hec est uxor Ysaac quam seruus Abrahe adduxit genuit enim duos filios scilicet Iacob et Esau.

Melcha — filia Aram

Bus

Hus

Uxor Nachor genuit viii filios ut patet Genesis xxii scilicet de uno scilicet Batuel fit processus propter Rebeccam uxorem Ysaac.

De hoc Bus descendit Balaam qui et Heliu.

De hoc Hus descendit ut ... Iob secundum quosdam.

Circa istud tempus Zodoma et Gomorra subuertuntur.

Uxor Loth retrospiciens in salem uersa est. Vide Augustinum x de ciuitate dei.

Iupiter fabulatur concubuisse cum ysside. Et quia divina quedam proles orta putatur a stultis plebibus. Hoc studium fuit quorundam maleficorum talium sua aut potentum stupra excusare.

Hic centum regnum argivorum sumpsit exordium ubi primus Inachus regnavit. Duravit usque ad tempora delbore.

Ista primo dicta fuit yo filia Inachi sed in Egiptum navigans ibi litteras docuit et ysis vocata est et pro magna dea colitur a grossis plebibus.

Istis temporibus prometheus frater athlantis primus dicitur esse finxisse homines, tum quia de rudibus doctos fecit, tum quia legitur fecisse homunciones quas arte quadam deambulare fecit. Ipse etiam primus anulum invenit in quo gemmam includens in sexto digito portari iussit.

Iste Serapis tertius rex argivorum fuit dictus apis. Qui in Egiptum navigio venisset atque ibi mortuus fuisset, factus est et creditus omnium maximus egiptiorum deus. Tunc etiam mirabilis supersticio cepit de bove discolore eo quod apis vocabatur eo quod numen coleret. Quo mortuo demones in vitulum simile ibi de preparabant ad decipiendum inde populum. Inde venit quod filii israel similiter delirabant ut pateat quod hac stulticia in fabulis iborenationali.

Ysis

Inachus
primus rex Argivorum

Phoroneus

Serapis

Iste phoroneus primus in grecia instituit iudicia legesque constituit. Hic habuit fratrem qui menses et annos docebat observare et sacella construere ad colendos deos propter quod a rudi populo mortuus deus nominatus est boves ei immolantes. Dictus est phegeus. Colchmes codum condidit.

Diluvium machanta tempore Egigij regis Eleusine.

Athlas magnus astrologus fuit quod celum humeris portasse dicitur propter peritiam astrorum.

Hic est quintus assiriorum rex sub quo natus est ysaac secundum Augustinum.

Iste fuit x. rex assiriorum sub quo mortuus est ysaac, iacob tunc apud sichem mesaso. ix. rege.

Minerva

Reges Assiriorum

v.
Arrius

vij.
Xerses

viij.
Armamitre

viiij
Belocus

x.
Baleus

Hic dicitur xerses antiquus qui et baleus nominatur sub quo natus est iacob. Regnante tunc apud sichem thuriaco quem quidam Thumimacum vocant.

Abraham mortuus est et sepelitur in Ebron.

Hic est sextus angelus viij. assiriorum rex sub quo deus apparuit ysaac promittens ei quod promiserat patri eius. Regnante tunc apud sichem leocappo etiam viij. rege.

Sub isto ix. rege assiriorum locutus est dominus ad iacob repromittens ei quod promiserat patribus suis. Quesivit hec duo scilicet possessio terre promissionis, i. chanaan et benedictio omnium gentium in semine ipsius quod est christus.

Hec apud laurentium mde post istud diluvium apparuit que plures artes ibi invenit. Populam inficiunt et de aftam esse inmemore gentilium.

Iste Pharao rex Egipti suscepit ioseph et exaltavit eum propter sompniorum interpretationem, vide pulcherrimam historiam Genesis .lxi.

Pharao nephres

Anno mundi

3ee 3ec 3e3e 3eec

Nota a nativitate ysaac usque exitum de egipto fluxerunt anni .ccc. vide littera gen. xv.

Natus est Ioseph filius iacob anno eius xc.

Linea christi

Ysaac
vixit annis .clxxx.

Iacob
vixit annis .cxlvij.

Iudas
ab hoc ebrea gens dicitur et fundi apud eius

Primam uxorem iacob Lyam ex qua sex filios et unam filiam.

Ysaac moritur

Esau

Lya

Ruben
tribus facit
perdidit primogenita

Symeon
tribus facit

Levi
ab hoc sacerdotalis tribus descendit

Ysachar
tribus facit

Zabulon

Dina

Her
filius Iude nequam pessimus

Onan
filius Iude etiam nequam pessimus

Sela

Ioseph

Iste Esau vendidit primogenita fratri ipse pater Idumeorum est et montem seyr possedit. Primo equas asinis iunxit unde orti sunt muli.

Bala
genuit duos filios

Famula hec erat bme iacob

Dan
tribus facit

Neptalim
tribus facit

Zelpha
genuit duos filios

Famula rachelis erat bme iacob

Gad
tribus facit

Aser
tribus facit

Sela filius Iude cum esset adhuc parvulus non dedit eum iudas thamar sed eam viduam remisit in domum patris sui cum autem crevisset timuit dare ne moreretur sicut fratres eius. Unde Thamar caute simulans se meretricem concepit in bivio de iuda et genuit phares et zaram de patre gen. xxxviij.

Iste Ioseph cum esset xvi annorum venditus est, anno etatis xxx stetit coram pharaone interpretans sompnia qui et sublimavit eum. Et quia castus fuit et ornatus ideo a domino ubique dirigebatur.

Non facit tribum nisi hec cum exirent inde mulieres corrupta est a sichen

Levi
filius iacob
vixit annis .cxxxvij.

Ioseph
duplicem tribum facit

Manasses

Effraym

Ioseph vir sanctus et castissimus et consiliis suis propositis genti tam librans

Isti duo filii ioseph nati sunt in egipto et computantur inter filios iacob

Iste Levi pater omnium levitarum quadam qui honorem sacerdotalis dignitatis adepti sunt propter moysen et aaron et his et ipsis destinatur propter affinitatem tribuum huius et iude et propter misterium quia christus summus sacerdos et rex eternus sic debuit nasci et nobis mori

Rachel
uxor iacob

Rachel diu sterilis tandem genuit duos filios et mortua in partu sepelitur propter bethleem.

Beniamin

Tribus facit de qua Paulus natus est.

Iste Argus quartus rex Argivorum fuit. Ex cuius nomine illud regnum appellatum est. Hic post obitum deus haberi cepit templis et sacrificiis honoratus. Hoc tempore Grecia segetes habere cepit delatis aliunde seminibus.

Omogirus primus ad aratum boves iunxit.

Hic ortum regnum Athenien. ubi primus iste Cicrops regnavit qui multas superstitiones instituit numquam antea in Grecia visa. Ab hoc primum Iupiter deus predicatur eique bovem offert.

Bos in Egipto exit de flumine in festo Serapis qui elevatur in aere et nusquam intrans non comparet et pro deo colitur a stulta plebe.

Athenas Cicrops condidit et a minerva nomen accepit. Hec civitas nutrix liberalium artium et tot philosophorum cui lucificantibus demonibus superstitiosa effecta est. Vide Augustinum xviij de civitate dei mirabilem fabulam.

Argus

Cicrops
primus Rex Athemensium

Messiuius multarum artium peritus claruit quas hominibus tradens deus crede batur.

Apollo delphicus clarus habetur qui post mortem deus habitus est. Hic etiam dicitur phiton artem illam magicam invenit que dicitur phitonica de qua fit mentio in scriptura sacra.

Corinthus conditur.

Lacedemon conditur.

Nota secundum Augustinum circa ista tempora multa mendacia annotantur a grecis hystoriographis que cum multo minora sint quam fama iactatur de modico negotio magna predicantes.

Liber pater vinum invenit primus in Grecia et Archos condidit. Ipse est Dionisius Bacchus filius Semele filie regis Thebeorum et pro deo colitur.

Hercules Antheum vicit. Nota secundum Augustinum plures fuerunt Hercules et Liberi patres quos indocti unum aut putaverunt aut voluerunt deos finxisse.

Apthesus rex Crete primo mellis colligendi usum invenit. Eius filia ex incestu concepit de quo mirabilia narrantur. Post ibidem filius regnavit qui dictus fuit. Anidis leges fecit et boves aratro primus iunxit.

Diluvium Deucalionis factum est in Tessalia et Pheton fabulam incendium.

Amithus

Iste fuit xij rex Assiriorum sub quo mortuus est Ioseph regnante Sicioniorum plemnio rege.

Safrus

Iste fuit xiiij rex Assiriorum sub quo natus est in Egipto Moyses regnante Sicioniorum rege orthopole et Argivorum quinto Criaso.

Ascatades

Sub isto Moyses eduxit populum Israel ex Egipto regnante apud Sicionios Marathus. Apud Argivos Triopas. Novissimo tempore Cicrops Athenensium primus rex.

Memphis conditur civitas Egipti.

Pharao Amonophis

Iste Pharao ignorabat Ioseph et iussit submergi pueros ut patet Exodo primo.

Filii Israel fuerunt in magna tribulatione et servitute.

Pharao Bocchoris

Iste Pharao nomine Anephres fuit. Non audivit vocem domini nolens dimittere filios Israel. Quare decem plagis attritus postea cum suis in mari rubro submersus est.

Iste Aminadab primus post Moysen fide plena ingressus est in mare rubrum aliis trepidantibus propter quod regalem stirpem meruit parare.

3897 | 3400 | 3490 | 3600 | 3688

Phares
nu. satis

Esrom

Aram

Aminadab

Naason
princeps tribus Iuda in deserto

Iacob moritur et sepelitur in Ebron gloriose a Ioseph.

Ioseph moritur annorum c. x.

Servitus populi Israel incipit duravit annis c.xliiij.

Circa ista tempora incipit hystoria libri Exodi.

Iob vir sanctus patientie speculum circa hec tempora nascitur de linea Nachor fratris Abrahe. Vixit annis multis quia post flagella vixit annis c.xl. Hec est positio Augustini quod Iob fuit v. a Nachor in tertia generatione post Iacob. Sic fuit contemporaneus Moysi licet diu post eum vixerit. Vide Augustinum in xviij de civitate dei.

Lex datur in monte Sina.

Liber Leviticus scribitur.

Liber Numerorum promulgatur.

Tabernaculum preparatur.

Moyses 3688
Populus incepit anno mundi.
vixit annis c. xx. Annis xl. in [illegible] dux fuit.

Chore cum suis interierunt.

Datan et Abiron absorbentur et multa milia prosternuntur.

Deuteronomium scribitur.

Balaam prophetat et occiditur.

Iste Moyses de cuius laude resonat celum et terra omnium prophetarum et hystoriographorum excellentissimus deum vidit facie ad faciem quod de nullo alio preterquam Paulo apostolo scriptum testatur in hac fragili carne. Ratio undique eadem qua sunt duo patresfamilias. Ille in visione iste in spiritu dantes testimonium de divina essentia et docentes unum verum deum colendum esse. Quia hij duo testimonium debebant prius viderunt ut postea legittime testificare possent. Alij autem infideles.

Merari

Gerson

Caath
vixit annis c.xxxiij.

Chore

Ysuar

Amram
vixit annis c.xxxvij.

Moyses
nascitur et ex aqua tollitur.

Aaron
nascitur

Maria

Iste Aaron a deo vocatus dignissimum sacerdotium sibi assumpsit et testamentum eternum sibi ac filiis suis statuitur. Moritur annorum c.xxiij. et sepelitur in monte Hor filiusque eius Eleazarus in pontificatu succedit.

Aaron

Ythamar

Eleazar

Nadab

Abiu

Isti duo filii offerentes ignem alienum perussi sunt a domino.

Ista Maria prophetes fuit carmen cecinit. Leprosa fuit vij diebus propter murmur. Moritur in Cades deserti Sin et ibi sepelitur.

Circa istud tempus incepenit reges in ytalia regnare qui multotiens nomina variavit. Ex quibus romanorum propago clarius deducitur.

Iste Janus primus omnium regum ytalie dicitur fuisse filius noe qui palatium extruxit quod ianiculum dicitur et post pro magno deo habitus fuit. Duas facies ei figurantes et in principio anni festum eius celebrantes quasi esset finis preteriti et principium futuri anni.

Ytalus Rex iuxta albulam fluuium idest tiberim ciuitatem condidit. ubi post Roma constructa fuit a quo tota ytalia appellata est.

Iste Saturnus de creta insula dicitur venisse in ytaliam atque ibi regnasse quem delusi ydolatre nimia cecitate obnubilati hominem fuisse negant. cum tamen eum regem esse dicant. Primus sternus sup agros proiecit docuit qui et etiam sterteret dictus. Et Romani sterteron am post dei sunt & etiam saturniani.

Iste Picus Saturni filius primus rex Laurenti fuit qui bellator egregius et augur fuit. Ipse etiam inter deos numeratus est.

Iste Secundus rex laurentum fuit qui etiam deus fuit illorum qui sic voluerunt vel putauerunt.

Reges ytalie — **Janus** — **Saturnus** (pater Jouis) — **Picus** — **Faunus**

Ericthonio athenensis princeps primus in grecia quadrigam iunxit.

Trois in dardania regnat et troiam condidit.

Fabule multe a grecis annotantur.

Sibilla herophila in babilone orta multa prophetat de regno medorum. De troia subuertenda. et de xpisti incarnatione ac beata uirgine maria.

Occasio troianorum bellorum oritur quamquam scintilla minima fuit eorum. Lamedon non recepit herculem & Jasonem cum honore debito & ex tantulis scintilla tot creuerunt mala. Caueat sibi quisque ait comicus.

Iste est xxiii. rex assiriorum sub quo hystoria delbore annotatur simangar & regnum amorreorum defecit.

Cathinus condit thebas et regnauit ibi grecas quas litteras inuenit.

Fenix vel in tirum et sidone regnans ibi et usui litterarum tradidit eis.

Reges assiriorum — **Amictus** — **Lampetes** — **Thauramus**

Sub isto dicitur factum excidium troie forte per & nos etiam hoc tempore thola indicauit israel.

Iste xxviii rex assiriorum sub quo mortuus est Josue regnante apud sichonios xvi corace. Apud argiuos x danao. Apud athenienses quarto Ericthonio.

Sibilla samia femonoe dicta aperte prophetat de xpisto & de paupercula matre eius.

Sibilla delphica ante troiana bella uaticinata est de uerbi incarnatione absque maris coitu. Et si hec uera sunt tunc pretibus apertius primum quam iudeis uaticinatum est misterium incarnationis quod ualde mirum uidetur. Similiter dicendum de Job.

Rechab de quo descendit stirps ualde religiosa hoc tempore fuisse creditur. Ipse autem de ietro cognato moysi descendit. et conuersus fuit ad israelitas.

Anno mundi

3Λ24	3ΛΛ4	3824	38Λ4

Linea xpisti — **Salomon** (Raab eius uxor) — **Boos** (filius salmonis de Raab) — **Boos** — **Boos**

[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]

Moyses moritur. Jordanis siccatur. Jericho capitur. Sol in celo immobilis stat.

Nota quod hic fit saltus per euangelistas quo ad boos & obeth quia ad minus inter eos fluxerunt anni cclxxvii. Quod tempus ad tres homines uix referri non potest. Ideo hic quinque ponuntur magis ad denotandum tempus quam rem gestam. Dicit tamen de lira quod iuxta hystorie ueritatem fuerunt tres boos sibi inuicem succedentes. Quod quia ex canonica scriptura non patet pro solido astruere non audemus. Hoc tamen certissimum est quod inter principium iudicatus Josue quando Salmon accepit Raab que genuit boos usque ad natiuitatem dauid fluxerunt anni cclxvii. ubi tamen nisi tres ab euangelistis generationes ponuntur.

Hic est quidam textus hystoriam de structibus beniamyn et gabaa posteriori quam super [illegible] men.

Anno mundi — 3Λ28 — 3Λ68 — 38C8 — 3888 — 3928

Judices — **Josue** (ii iudex de tribu effraym, ab hoc usque ad aoth anni) — **Othoniel** (iii de tribu iuda, anni istius cum Josue computantur) — **Aoth** (iiii de beniamyn, annis lxxx) — **Samgar** (v qui annos non habuit hic non ponitur) — **Delbora** (vi de effraym, annis xl) — **Gedeon** (vii de tribu manasse, annis xl) — **Abimelech** (viii, annis iii)

Iste Josue bellicosus fuit primo in deserto Amalech uicit post mortem moysi a domino uidetur constitutus super israel fuit et diuidit populo terram. Eius bella opera & religiosa mens in libro suo describitur.

Iste Othoniel filius caleph immoris liberauit israel de oppressione regis mesopotamie quem percussit. Ipse accepit Aram [illegible] que petiuit irriguum superius & inferius a patre suo caleph. Judicauit primo.

Iste Aoth percussit eglon regem moab et liberauit israel. Fuit autem uir fortissimus qui utraque manu utebatur pro dextera. post eum fuit Samgar qui percussit de philistiim vi in uomere ut habetur Judicum tertio.

Ista delbora fuit mulier cuius prophetie de latere honor ut uidicaret israel. Unde et mandato dei uocauit baruch ut percuteret hostes israel et inualuerunt filii israel contra iabyn regem chanaan et principem militie eius sisaram & deleuerunt eos. Judicum iiii.

Iste gedeon percussit quatuor reges scilicet oreb zeb et zebee et salmona & humiliatus est madian coram israel. Judicum vi. vii & viii.

Iste Abimelech filius naturalis gedeonis non uocatus a domino sed maliciose ingressit se ad principatum occisis lxx filiis suis quare etiam mala morte uitam finiuit. Judicum ix. Non nisi regem sibi ipsi que imposuit.

Historia libri Judicum hic incipit.

Hystoria de ydolo miche et de tribu dan. et de concubina leuite. et de occisione beniamyn quam post Josue filius ydolo acridisse. post Josue filius octo annis sed hebrei dicunt tempore othoniel.

Pontifices — **Eleazarus** — **Phinees** — **Abisue**

Iste Eleazarus ii pontifex cum Josue diuisit israeli terram & ab eo descendunt pontifices usque ad heli paucis exceptis.

Hystoria libri Josue incipit.

Iste phinees cum adhuc iuuenis esset zelauit pro domino transfigens luxuriantes & ita placatus est dominus. Numeri xxv.

Carmentis filius euandri litteras latinas inuenit. Anchises ex uenere generat Eneam qui regnauit in ytalia. hec fictitia tradiderunt rudes populorum confixerunt. quibus sua stupra et adulteria palliauerunt.

Lameton rex troie occiditur et filia eius exiona capitur et in ueritatem deducitur. propter que secuta sunt bella grauissima. Vide hystoriam troianam.

Helena capitur a paride filio priami. Ipsa autem uxor fuit menelay regis.

Hector primogenitus priami tocius troie pudens et pabilis fortitudinis et strenuitatis.

Iste Eneas post delatam agrecis troiam relegatus uenit in ytaliam cum xx nauibus et plurima bella confecit. hic fertur in uxorem habuisse filiam priami Creusam. De ipso dicitur descendisse Iulius cesar et Augustus.

Iste Ascanius albanorum primus rex filius Enee deuictam albam ciuitatem condidit. regnans illic. Unde ipse dictus est rex albanorum et consequenter posteri sui dicti sunt Albani.

Ab hoc Siluio Enee filio de lauina reges sequentes dicti sunt siluij. fuit enim in silua nutritus et uenatione. hic natus est post mortem patris sui. unde postumus Enee dicitur quia post humationem ipsius natus est. iuxta illud virgilij. Tu postuma proles.

Latinus

Ex hoc latino nomen regnum dicitur cepit et laurentum defecit.

Troianum bellum decennale manifestissimum.

Eneas — deus fuisse creditur a uulgo — regnauit an. iij.

Ascanius — Rex albanorum primus — regnauit annis xxviij latinorum tercius.

Iulus filius Ascanij a quo Iuliorum familia et nomen traxit.

Siluius — Regnauit annis xxix.

Priamus rex troie pugna ciuitatem mirabiliter destruxit. atrox bellum fecerunt cum grecis magnum suum.

Agamenon rex frater menelai fortior erat grecorum dux. Dux troiam bellat qua tandem capit traditore.

Ulixes uir famosissimus post multa magnaque pericula ad uxorem suam penolopem castissimam peruenit.

Sibilla frigia fertur uaticinata fuisse. Anchises de flagellatione potentum tenens dixit de descensu dei ex olimpo.

Hercules cum Iasone plurium uastat troiam que statim a priamo reedificatur. Idem hercules xii fratres peregit. Agone olimpiaco instituit bella que multa confecit. De ipso etiam mendacia conficta sunt plurima. Tandem postquam multos superauit ipse morbum ferre non ualens quo laborabat sed ab ipso superatus flammis se iniecit et moriturus inter deos translatus est.

Laccedemonorum regnum oritur ubi primus Euristeus regnat.

Corinthiorum regnum oritur ubi primus alethes regnat.

Venetie et padua ceperunt ab reliquiis troianorum.

Codrus rex Atheniensium seipsum uoluntarie morti tradens liberauit populum suum dignum certe in reliquis paucis aut nullis inuentus principibus relinquit. Unde ob hanc miram fidelitatem a sanctis doctoribus allegari solet quasi quedam figura christi. Ideo preclarissime.

Hectoris filii tamquam ueri heredes plurium receperunt. idest troiam expulsis posteris Nestoris.

Anthamus

Ducus

Greci uenientes perierunt insatiabiliter post captam troiam tam in mari quam in terra traditores aflicti. Inferiorum ... fuit ubi neo laudes omnes dampni reportauit.

Fabule stultissime de diomede et circe. Vide Augustinum xviij de ciuitate dei quando deceptus fuit homo.

Troia nostra atrociter tradita per Anthenorem et eneam in notissime fracta fide.

Et a uero troianorum principalis per hanc memoriam grecorum hystorias conscripserunt anno primo uel secundo post captam troiam ipse est tercius annus abdon iudicis israel.

Sub isto bella troiana frater describit regnante apud athenienses menestro apud sichyonem polisfide.

Amazones sunt mulieres ferocissime que arma suscipientes horrendissima mala per centum annos fecerunt.

Cartago condita a carcedone tyrio.

Amelech deletur per saul et desinit esse populus sicut predixit moyses. Exodi xvij.

Frigio et turchus troiani fugientes duo regna constituerunt longe tamen post.

Iste est xxxix rex assiriorum sub quo cessauit regnum sichonorum. qui stetit annis dccc.lxij. regnauit athenis melantho xvij tempore hely.

3924 3944 4024 4054

boos — boos — Obeth — yesse uel ysay

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

Iste dicitur fuisse booz qui Ruth in coniugem sumpsit.

Ruth hystoria

Iste yesse fuit binomius quia etiam dictus fuit ysay pater dauid de quo multotiens fit mentio in scriptura sacra quia christus ab eo descendit.

Saul — primus rex fuit anno uno. uel xl cum samuel.

Iste Iair habuit xxx filios quos principes xxx ciuitatum constituit.

Anno mundi

3931 3954 3976 3994 4000 4007 4017 4024 4064

Thola — de ysachar — an. xxiij.

Iair — de galaad — an. xxij.

Sine iudice — an. xviij.

Iepte — de galaad — an. vj.

Abessam — de iuda — an. vij.

Ahiolon — de zabulon — an. x.

Abdon — de effraym — an. viij.

Sampson — de dan — an. xx.

Hely — de leui — annis xl.

Cophni et phinees

Iste Thola rexit ad modum pristinum. scilicet quo iudices preerant per modum directionis et non aliis magis quam dominis.

Post mortem Iair filii israel peccatis ueteribus addiderunt noua et tradidit eos christus in manus philistym et filiorum Amon xviij annis et oppressi ualde proiecerunt ydola clamantes ad dominum. Tunc Iepte facto super se spiritu domini percussit regem Amon et seditiosos de monte Effraym filiamque unicam stulte ymolauit. Iudicum xi xij.

Sub istis tribus tempora quieta fuerunt. ideo nihil notabile actum est tunc in israel.

Nota quod iste Ahiolon hic in tempore non habet nec etiam tempus sine iudice supra positum sed ista tempora assignantur Iosue qui non habet tempus specialiter distinctum secundum hebraicam ueritatem. ita concordat supputationem grecorum secundum quos hec aliter erratur.

Iste Sampson fortissimus liberauit israel de manu philistym. eius mirabilia opera vide Iudicum xiij.

Iste hely fuit iudex et pontifex habuit duos filios quos quia sufficienter non corripuit pater cum illis punitus est. Vide Regum iiij.

Docci

Ozy

Zaray

Iste Ozy de semine aaron per lineam Eleazari pontifex fuit. quo mortuo nutu diuino transijt pontificatus ad lineam de ythamar annis cxx in qua hely primus summus sacerdos fuit Abiathar ultimus.

Incipit hystoria primi libri regum tempore hely circa natiuitatem samuelis.

Athenienses post mortem Codri magistratus habere ceperunt amministrationem reipublice.

Cartago iterum condita dicitur a Dydone regina, quia iam forte destructa fuerat.

Homerus hoc tempore fuisse putatur, qui multa mendacia conscripsit, sicut Sibilla Erithrea prophetavit.

Regnum Italie

Eneas Silvius — Latinus Silvius — Alba Silvius

Iste Eneas filius predicti Silvii Postumi regnavit annis xxxi tempore Saul.

Iste Latinus filius regnavit annis l tempore David.


Iste Alba filius fuit Enee Silvii filius, sicut dicit Inger. Et dicit Augustinus: hic edificavit Albam civitatem, a qua reges Albanorum dicti sunt.

Regina Saba audita fama Salomonis venit videre eum. Ipsa prophetissa fuit, et dicebat.

Sibilla prophetat de lignis et vendis et excidio Judeorum; et Eritrea cultrix unius veri Dei.

Susac rex Egypti prosperatur, multas gentes bello superat, et contra Roboam post ascendit in Ierusalem.

Iste David sanctus rex Israel, vir secundum cor Dei electus, in regem unctus in adolescentia per Samuelem, post mortem Saul regnavit annis xl. Cuius opera plurima in primo et secundo libro regum scripta sunt. Hic quasi quidam stupor in humano videtur genere, in quo umquam hec convenerunt: tanta sublimitas, tanta humilitas, tanta strenuitas, tanta mititas, tam grandis secularium cura, tam pura et devota temporalium contemplatio, tot homines perimere, tot lacrimas fundere, in talia peccata, tandem talem penitentiam agere.



Hic incipit quarta mundi etas, duravit usque ad transmigrationem Babylonis et habet annos 487.

4124 · David incepit regnare · 1046 · anno ante Christum

Sanctus rex Israel
David
annis xl regnavit

Linea Christi

4164

Salomon
regnavit annis xl

Israel in flore, nec ante nec post fuerunt huiusmodi dies in Israel.

1026

Gad, Nathan, Asaph. Isti tres prophetabant tempore David.

Iste Natan fuit filius fratris David et optimus psaltes.

Salomon rex pacis ex dono Dei singularem habuit excellentiam ultra omnes homines qui umquam in mundo fuerunt, in sapientia, divitiis, deliciis, gloria ac familiaritate cum Deo. Nam et si Moyses et David, Petrus et Paulus, Ieronimus et Augustinus ceterique consimiles eum in sapientia et sanctitate excesserint, non tamen in gloria et divitiis. Item quamvis Augustus et quidam alii eum antecesserint in gloria, potestate et divitiis, non tamen in sanctitate, sapientia. Sic igitur omnia ista coniunctim taliter nemo sicut ipse habuit. Et hic tamen misere defecit.

Iste Achitob fuit pater Achimelech, quem percussit Saul cum omni domo sua propter David, primo regum xxii.

Iste Abiathar fugit ad David, ut ibidem dicitur, et fuit gloriosus amicus diebus David et pontifex.

xvii
Samuel
annis xl cum Saul

Achitob — Achimelech — Abiathar

Pontifices

Sadoch
filius Achitob

Achias predicat Ieroboam quod regnaturus sit super decem tribus.

Semeias clarus habetur, qui postea compescuit Roboam ne pugnaret contra Ieroboam. Et scripsit gesta eorum.

Abdo propheta clarus habetur, qui post contra vitulos prophetavit.

Iste sanctissimus vir Samuel de sterili matre natus ministravit coram Domino a pueritia usque ad senium optime. Vilsatus non tamen fuit pontifex, quia non erat de semine Aaron, sed Chore. Secundum Augustinum in libro retractationum fuit de Aaron, sed non filius sacerdotis. Iudicavit Israel cunctis diebus vite sue, quia vere fidelis propheta Domini fuit, omnibus amabilis. Reges unxit duos, Saul primo, deinde David, non tamen ut statim regnaret, sed quando Dominus disponeret. Hic solus et Moyses leguntur orasse pro inimicis suis in toto veteri testamento. Unde evangelicam perfectionem probatur implevisse etiam ante tempus promulgationis eiusdem. Vita ipsius videatur in principio et consequenter usque in finem primi libri regum.

Iste Sadoch, quia non declinavit ad partem Adonie, sed cum Nathan pro Salomone, ideo in pontificatum sublimatus fuit, reiecto prius Abyathar de sacerdotio, et pontificatus rediit ad filios Eleazar.

Historia tertii libri regum incipit a tempore quando David mortuus fuit et Salomon regnare incepit. Vide ibi opera magna et multa ipsius ad capitulum xii, et a principio secundi libri paralipomenon usque ad capitulum xii.

Meraioth — Amarias — Achitob

Isti quatuor, scilicet Zaray, Meraioth, Amarias et Achitob non fuerunt summi sacerdotes propter causam dictam, sed Sadoch de eis descendit, quem Salomon instituit in pontificatum secundum ubi dicitur in manu Samuelis, rex reiecto prius Abiathar de sacerdotio, qui fuit ultimus de linea Ythamar, ut patet iii° regum secundo.

Secundus liber regum incipit a tempore David quando incepit regnare.

Nota. Dicit Augustinus xvii de civitate Dei: Salomon bonis initiis malos exitus habuit. Quippe due res que sapientium animos fatigant, magis huic obfuerunt quam profuit ipsa sapientia, etiam nunc et deinceps memorabilis et tunc longe lateque laudata. Item in revelationibus beate Brigitte legitur: Salomon et Aristoteles non sibi sed aliis didicerunt.

Iste alio nomine dictus fuit Egiptius et regnavit annis xxiiii tempore Roboam

Iste fecit Capuam in Campania et regnavit annis xxviii

Achis Silvius

Capis Silvius

De sanctorum exemplis que iuxta decursum temporis fuerunt inmissim et non simul dicit Gregorius in moralibus quod mira dispensatione divinitus actum sit ut quique ad illuminandam noctem presentis vite velut astra in hoc mundo radiarent donec verus lucifer id est redemptor humani generis surgeret. Nam ad ostendendam innocentiam venit Abel. Ad docendam actionis munditiam venit Enoch. Ad insinuandam longanimitatem spei et operis venit Noe. Ad ostendendam obedientiam venit Abraham. Ad demonstrandam coniugalis vite castimoniam venit Ysaac. Ad insinuandum laboris tollerantiam venit Jacob. Ad reprehendendam pro malo bone retributionis gratiam venit Joseph. Ad ostendendam mansuetudinem venit Moyses. Ad informandam contra adversa fiduciam venit Josue. Ad ostendendam inter flagella patientiam venit Job. Sic igitur patet quomodo pristinis temporibus admodum parvus fuit numerus perfectorum. Sed circa hec tempora approbavaldeque creverunt sanctitatis exempla quando etiam plures martirizati sunt pro fide unius veri dei. Ecce quasi fulgentes stellas in celo cernimus ut inoffenso pede operis iter nostre noctis ambulemus.

De templi dedicatione ac ceteris festis Iudeorum est notandum quod primo habuerunt septem festa videlicet sabbatum in qualibet septimana. Neomeniam in principio cuiuslibet mensis. Pascha xiiii luna aprilis. Penthecoste quinquagesima die post Pascha in memoriam date legis. Festum Tubarum prima die septembris in memoriam liberationis Ysaac. Festum propitiationis vel afflictionis decima die septembris. Festum Scenophegie quod fictionem tabernaculorum sonat xv septembris. Postea circa hec tempora supervenit festum Encenniorum hoc est dedicationis templi. Deinde tempore Hester festum Phurim id est sortium. Hec notula valet ad intelligentiam scripturarum diversarum.

Incipiunt reges Iuda

3204 — Roboam regnavit — 994

3222 — Abya regnavit an. iii — 977

3224 — Asa regnavit annis xli — 974

Anno ante Christum incarnatum

Iste Roboam successit Salomoni patri suo in regno sed in sapientia non. Deceptus namque consilio iuvenum amisit decem tribus eo quod imprudenter respondit populo ut patet iii Regum xii et ii Paralip. x.

Iste Abia mixtus erat quia aliquando bene se habuit ut patet in bello et sermone longo contra exercitum Israel et victoria divinitus data. Aliquando pessime quia ydolatravit propter quam magnam mortalitatem percussus a domino parum regnavit ut patet tertio Regum xv et ii Paralip. xiii.

Iste Asa in principio regni eius et deinceps usque ad xxxvi annum valde bene ambulavit sicut David. Devastavit Ethiopes venientes contra se et abstulit ydola. Sed post hec iniit fedus cum rege Syrie Benadab propter Baasam regem Israel qui cepit aspirare contra se quod displicuit Deo. Unde misit ad eum prophetam Anam quem statim incarceravit. Ideo doluit pedes quia podagricus factus est et plagatus eadem pena qua prophetam vexavit. Obiit ut patet iii Regum xv et secundo Paralip. xiii xv xvi capitulis.

Iste fuit filius Sadoch ut patet i Paralip. vi.

Achimaas

Azarias filius Obeth propheta clarus habetur qui de captivitate predixit ii Paralip. xv.

Anam propheta hic incarceravit Asa ideo incarceratus.

Ieu filius Anam propheta mittitur contra Baasa regem Israel et martirio coronatus ab eo propter verbum domini iii Regum xvi.

Iste Ieroboam fuit primo de familia Salomonis et bonus sed factus rex pessimus ydolatra factus est et peccare fecit Israel inducendo populum ad ydolatriam multaque mala secuta sunt primo pene totius populi destructio. Iste fuit figura Machometi ut patebit loco suo sicut Anthiochus Antichristi. Opera eius et duritia mentis patet iii Regum xii et sequenti capitulo. Nota quod istud exemplum pessimum fuit posteris et usque hodie est atque in futurum erit. Quia plures occasionem dominandi querentes retrahunt subditos a vero fide diversum et alienum cultum instituendo patet per predictum Machometum et sequaces suos. Similiter circa volentes recedere ab obedientia ecclesie scienter prolapsi sunt in varios errores novum modum in divino officio assumentes. Ob quod mirabiliter sepius exterminati perierunt.

Regnum Israel incipit

Efrateus Ieroboam regnavit annis xxii

Iste Baasa cepit regnare anno tertio Asa regis Iude. Ambulavit in peccatis Ieroboam cuius omnem domum percussit de mandato domini. Nec audivit Ieu prophetam ut credi[tur] iii Regum xv et xvi.

Filius Ieroboam Nadab regnavit a. ii

De Ysachar Baasa regnavit an. xxiiii

Iste Nadab incepit regnare ii anno Asa regis Iude. Fecit malum sicut pater eius et percussit eum Baasa et regnavit pro eo iii Regum xv.

Iste Carpentus silvius post regem capis regnavit annis xiii in ytalia tempore Josaphat.

Iste Tiberius regnavit annis ix et quia submersus fuit in tiberi que antea dicta fuit Albula flu(vi)o ab eo accepit nomen.

Iste Agrippa post Tiberium regnavit annis xl.

Reges Ytalie: Carpentus silvius — Tiberius silvius — Agrippa silvius

Cur hec tempora sanctorum scripta que michi gentilium hystorias non commemorant. Cuius illam puto fore causam quia ad intellectum sacre scripture nichil conferunt. Unde usque ad Sardanapallum ultimum monarcham assiriorum nullam mentionem faciunt de aliis in medio. Nota igitur quibusdam imperitis minus valde videtur quare sancti viri sic diligenter scrutati sunt hystorias gentium cum tamen in scriptis suis totiens moneant nos sinistrum habere etiam perversa fastidire juxta illud Non loquatur os meum opera hominum et illud Laudem domini loquatur os meum. Pro quo est advertendum quod multiplex necessitas eos ad hoc cogebat. Fuerunt enim quidam heretici qui sacram scripturam calumpniabantur quasi falsa esset eo quod indebite assignaret decursum temporum simulque dixerunt facta esse aliis temporibus quam ipsa narrat. Sed postquam hieronimus aliique intelligentes applicassent simul hystorias patuit ignorantia eorum eo quod optima concordia fuit. Sicque factum est ut sacre scripture ab inimicis testimonium accederet de inimicis quod firmissimum est quo tamen non indiguimus utile fuerat propter imperfectos. Alia necessitas idem expetijt propter ydolatriam destruendam. Quia enim simul tota gentilitas falsos deos coluit necesse fuit indagare originem illius erroris ut manifeste possit improbari cultus ille nequissimus spirituum demonum sicut late patet per Augustinum in libris de civitate dei ubi lucide probat quod doctores gentilium in propriis libris suis sibi ipsis contradicunt pueriliter quam nimis et grosse procedentes ita ut etiam philosophi ac ceteri notiores utriusque sexus homines eos libris et scriptis redarguerunt. Tertia causa eque necessaria fuit vacillatio infirmorum adhuc in fide tempore primitive ecclesie qui seducti sepius fuerunt a paganis dicentibus quod melius esset colere deos et ydola quam xpistum quia tempore xpistianitatis semper fuerunt infortunia. Tempore autem cultus deorum magna prosperitas quod omnino falsum fuit ut patet ex propriis eorum hystoriis sicut Orosius luculenter probat et etiam Augustinus et Ambrosius similiter qui hoc clare ostendunt quod ipsa xpistianitatis fuerunt multo gratiora quam ydolorum sine crudelium demonum ut infra patebit locis suis. Sunt et alie plures cause que ex parte supra tacte et quedam infra dicentur. Verum in omnibus est bonam reperire contemplationem piaque mens ubique proficit eo quod diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. De hac materia plenius vide in libris preallegatis.

Anno mundi: 4220 — 4266 — 4291 — 4299

Reges Jude: Josaphat — Joram — Ochosias vel Azarias

Numerus bellatorum in urbe xi (?) lx. exceptis illis quos posuit rex in urbibus Juda omnes hij ad manum regis.

960 — 933 — 908 — 900

Iste fuit filius Achimaas porre primo paralip. vi ubi ponitur cathalogus pontificum. Iste Azarias genuit Johannem et filius eius regum iiij. dicit quod Joiada iste fuerit sit forte binominis fuit a scriptoribus.

Iste Josaphat satis bonus fuit gloriosus dives devotusque in via domini. Nec aliquid mali de ipso legitur nisi quod impiis regibus israel quandoque favorem prebuerit et quedam pia alia. Ideo dominus fuit cum illo et pacem dedit et pugnavit pro eo ut patet ij paralip. xvii cum tribus sequentibus capitulis.

Helias thesbites propheta magnus claret sanctitate vite et miraculorum gloria. Hic vivum in mallius fuit quod etiam in paradisum curru igneo sublevatus est ut patet iiij regum ij. Ipse dicitur duplicem spiritum habuisse scilicet prophetie et miraculorum quem etiam requievit super helizeum.

Samaria conditur.

Iste Joram pessimus filius de bono patre occidit fratres suos et ambulavit in viis regum israel. Ideo insanabiliter plagatus in omnibus infeliciter obiit ut patet ij paralip. xxi.

Iste Ochosias fecit malum coram domino sicut pater et statim occisus est a Jeu cum omni domo sua Ahab. Athalia vero mater eius audiens mortuum filium suum arripuit regnum occidens omne semen regium. Regnavit autem annis vi et septimo anno Joiada pontifex fecit eam interfici ut habetur iiij regum xi et ij paral. xxij et xxiij.

Iste Joiada fuit gener Athalie nam sororem suam duxerat. Iste Joas filium Jorami pro eo ut patet iiij regum xi et ij paralip. xxii. Iste solus post moysen legitur vixisse cxxx annis.

Pontifices: Azarias — Joiada

Anno xvi Aza regis Jude Hela cepit regnare et percussit eum Zambri cum omni domo patris iij regum xvi.

Iste Zambri delevit domum Baasa et statim percussit eum Amri et regnavit pro eo.

Anno xxxi Aza cepit regnare Amri et fecit malum sicut antecessores sui.

Iste pauper homo totius divitiis erat valde instabilis puerilis mitis et furiose strenuus. Cepit regnare xxxviii anno Aza et super omnes qui ante eum fuerunt male egit. Si habuisset bonam directionem multa mala non fecisset sed impia Jesabel plus quam ipse regnabat quam impulit eum ut sequeretur se.

Micheas propheta predicat mortem Ahab iij regum xxij.

Heliseus propheta successit in loco helye duplici spiritu utriusque testamenti scilicet timoris et amoris preditus quam tam reprobis quam electis per omnia gratus extitit. Clarus virtutibus et miraculis gloriosus ut patet iiij regum ij.

Iste Joram cepit regnare xviii anno regis Josaphat loco fratris sui Ochosie. Huic obsidebat Benadab in Samaria et divinitus meritis helizei fuit liberatus iiij regum vi vij. Scilicet quasi centum fuit percussus a Jeu Jehu cum omni domo patris sui ut patet ix et x capitulo ubi etc.

Reges Israel: Hela — Zambri — Amri — Ahab — Ochozias — Joram

Fames magna in israel iuxta verbum helye.

Iste Benadab filius Tabremmon filij Ezion regis Syrie iniit fedus cum Baasa rege israel quod rumpens percussit fedus cum Asa rege Juda. Et tunc tributarii fuerunt reges Syrie regum israel iij regum xv.

Jesabel filia regis Sidoniorum uxor Achab quodam totius malitie prodigium prophetas domini occidit et sanctum Naboth aliaque mala multa fecit que postea interfecta fuit per Jeu.

Jericho extruitur.

Iste misit ad Belzebub deum Accaron consulendum super se scilicet an sanari posset quod obiit iuxta verbum helye iiij regum j. Cepit autem regnare xvij anno Josaphat regis Jude.

Reges Syrie: Benadab — Azahel

Iste Aremulus silvius regnavit annis xix tempore Joas regis Jude. Hic presidium albanorum inter montes ubi Roma nunc est posuit.

Iste Aventinus regnavit annis xxxiii. Ab hoc mons Aventinus nomen accepit in quo sepultus fuit. Hunc dicit Augustinus de civitate dei etiam inter falsos deos connumeratum a stultis gentibus.

Aremulus silvius — Aventinus silvius

Ligurgus his temporibus floruit qui licet gentilis fuerit leges tamen iustissimas naturali iuri et divino consonas lacedemonijs dedit. Nec quicquam sensisse aut non ipse exemplo prius claret. Auri argentique usum et omnium scelerum materiam sustulit. Fundos omnium equaliter divisit ut equata patrimonia neminem potentiorem alterum redderent. Convivari omnes publice iussit ne cuius divitie in oculis essent. Iuvenibus non amplius una veste uti toto anno permisit. Nec aliquem cultius quam alterum progredi nec opulentius epulari. Emi singula non pecunia sed compratione mercium iussit. Pueros puberes non in forum sed in agrum deduci mandavit ut primos annos non in luxuria sed in omni opere ac labore agerent. Nihilque eis sompnij causa substernere et vitam sine pulmento degere nec prius in urbem redire quam viri facti essent. Constituit virgines sine dote nubere ut uxores non pecunie causa eligerentur severiusque matrimonia sua viri cohercerent cum nullis dotis frenis tenerentur. Maximum honorem non divitum et potentum sed senum esse dixit. Quia autem hec leges dure videbantur, iureiurando eos astrinxit ne quid de tam durissimis legibus mutarent donec rediret. Et Cretam patria profectus perpetuo duxit exilium ut suis legibus eternitatem daret. Moriens etiam precepit ossa sua in mare proici ne si ad patriam deferrentur, Lacedemones se a iuramento solutos putarent. O hominem gentilem qui pene solus a pietas ab omnibus xpistianis etiam sanctis omnem superbiendi materiam. Non glorientur igitur martires nostri quasi aliquid magnum pro vita eterna fecerint quando talia videmus paganos fecisse. Vide Augustinum in primo secundo et .v. to de civitate dei. Specialiter primo.

Zacharias filius ioiade lapidatur et glorioso martirio coronatur ii paralipomenon xxiiii. Interfecit eum Joas quod dereliquisset dominum.

2300 — 2306 — 2326

Athalia — Joas an. xl. — Amasias an. xxix.

899 — 893 — 873 — [illegible]

Ista per tirannidem invasit regnum et stans occiditur.

Iste Joas dum adhuc infans erat subtractus fuit ab interfectione que exercebatur ab Athalia. Cum autem esset annorum septem constituit eum ioiada pontifex regem. Et optime se habuit cunctis diebus quibus vixit cum eidem veneranda sacerdos domini. Sed post mortem eius delinitus blanditijs magnatorumque qui odio habebant sacras sermonias huius obedientie mosaice legis depravatum est cor Regis. Iterumque sunt et illorum affectus vetrovatione hortidum relinquens. Exemplo quod sit grave piaculum hominibus nolle consentire. Vide ii paralipomenon xxiii et xxiiii.

Iste Amasias bonis initiis malum finem habuit quod commune satis usque hodie in potestatibus apparet. Multos namque offitium destituit notabiliter probatos cuius exempla hic sunt plurima. Hic etiam deos seir adoravit ut patet ii paralipomenon xxv.

Helizeus moritur. Cuius ossa prophetat quia mortuus suscitatur tactu eorum. Et tres victorias habuit israel contra Syros meritis eius.

Azarias

Iste Azarias boni patris bonus filius titulum laude digni meruit quia pro zelo legis constanter restitit Joas regi iure nolenti sacrificare. Ut patet ii paralipomenon xxvi.

Jonadab filius Rechab clarus habetur.

De his stirps valde religiosa descendit qui tamquam peregrini conversati sunt sine domus. Et nota quod Rechab descendit de Jetro sacerdote madian cognato Moysi.

Iste Jeu rex unctus a puero helizei percussit ioram cum omni domo Ahab et etiam ochoziam regem iuda et destruxit domum baal prophetasque eius occidit. Unde meruit posteris suis regnum sedere usque ad quartam generationem ut patet iiii regum ix et x. Sed non dimisit vitulos.

Iste Joahas valde attritus est cum tota gente sua ab Azabelo rege Syrie et ideo deprecabatur dominum et paululum relevatus est ut patet iiii regum xiii. Cepit autem regnare xxiii anno Joas regis iude.

Iste Joas percussit Syros tribus vicibus iuxta verbum helizei et tulit urbes de manu Benadab filij Azabelis et restituit regno suo. Ipse etiam afflixit Amasiam non volens sed compulsus superbiam eius humiliavit ut patet iiii regum xiii. Cepit autem regnare xxxvii anno Joas regis iude.

Jeu — Joahas — Joas

Iste Azabel exigentibus demeritis suis occulta dei iustitia promotus fuit in regem Syrie ut affligeret filios israel sicque plorasset rogatare. Afflixit autem israel ultra modum iiii regum x. Fortius nemo glorietur etiam si adeo aperte ad offitia promoveatur cum nesciat quid occulto dei tremendo iuditio de se diffinitum sit.

Iste fuit filius Azabelis.

Benadab

Iste Prothas filius Auentini regnauit annis
xxxiii tempore Ozie regis iude. Vnde Ouidius
eius laudes extollit hoc uersu Proximus ille
Prothas Troiane gloria gentis

Arbatus
primus rex medorum

Iste Arbatus interfecto Sardanapallo dominum suum destruxit & ad medos transtulit. Ipse magis quam alii regnauit. Nam Darius hoc post fecit.

Macedonum regnum oritur. Filii Arbaci primi regis

De hoc regno descendit magnus Alexander. Destruitur autem tempore Onie pontificis primi.

Reges ytalie

Prothas filiuus

Notabile quoddam dictum aut factum dignum hoc tempore in britania fertur accidisse. Fuit ibi rex quidam Leyr nomine filiis carens sed tres filias pulchras habens quibus regnum diuidere cogitabat. Sed ut sciret cui potiorem partem daret singulas interrogauit quantum ipsum diligerent. Prima & secunda responderunt sub iuramento quod plus quam proprias animas. Tercia autem uidens senem blanditiis credere serosius respondit quod ipsum ut patrem diligeret. Neque ut amplius interrogaret protinus subiunxit. Quantum habes tantum uales tantumque te diligo. Iratus igitur pater duabus regnum diuisit, terciam autem exheredauit. Quam tamen propter nimiam pulchritudinem rex francie sine omni dote in coniugem accepit. Senescente autem Leyr a filiabus & ab hiis ac maritis earum regno priuatus in tantumque despicitur quod uix cum uno famulo ab ipsis teneretur. Recordatus igitur pristine glorie & iniurie quam minori filie fecerat que sibi ueritatem dixit, cum fletu in hanc uocem erupit. O filia quam uera sunt dicta que mihi respondisti. Quantum habes tantum uales tantumque te diligo. Dum igitur habui quod dare potui uisus sum eis ualere qui non michi sed donis meis amici fuerunt. Interim dilexerunt me sed magis munera mea. Nam abeuntibus muneribus & ipsi abierunt. Tandem cum non haberet quod comederet aut indueret, ab ipsa minore filia clementer suscipitur regno quoque gloriose restituitur. Similia plura reperies dicta ac facta. Nota plerumque dulciloquos fidelitate, fideles autem dulciloquio carere.

Reges assiriorum

Monarchia Assiriorum illa magna cessat, que stetit ultra m. cc. xl. annos & finiuit tempora horrenda pene usque ad Christi natiuitatem. In quibus humanus sanguis ultra quam credi possit in omnibus mundi partibus tamquam aqua effusus est.

Sardanapallus
ultimus Assiriorum monarcha

Phul

Iste Sardanapallus totus luxuriosus fuit. Plumnaria primus repperit, habituque muliebri indutus inter mulieres deliciis uacauit. Ob quod indignati uasalli eius noluerunt sibi amplius obedientiam seruare, aggressique etiam ipsum debellauerunt, quod uidens seipsum cremauit.

Iste Phul & sequentes recuperare uolentes monarchiam non modice turbauerunt terras. Ipse ascendit ad israel et cepit terram facturus. Manahen rex ei tributarius ut habetur iiii regum xv.

Anno mundi

4317 | 4388 | 441[illegible]

Reges Iuda

Sine rege an. xiii.

Ozias uel Azarias an. lii.

828 | 118 | [illegible]

Nota regnum Iude post mortem Amasie fuit xiii annis sine rege, quod subtiliter oportet accipere ex collatione annorum regum israel & Iuda. Quia Amasias cepit anno secundo Ioas regis israel & Ozias filius Amasie cepit anno xxvii Ieroboam regis israel, quod tempus extendit se ad xli annos, a quo subtrahe annos Amasie et remanent xiii quibus Ozias paruulus erat nec adhuc ad regnum aptus. Hoc autem lxx interpretes & multe alie hystorie non habent, sed alibi hoc supplent. Secundum hoc oportet concordare eos alioquin errabis quo ad supputationem annorum.

Iste Ozias fecit quod bonum erat coram domino nec aliquid mali de eo scriptum est nisi quod adolere uoluit incensum super altare thimiamatis prohibente eum sacerdote Azaria, propter quam inobedientiam percussit eum dominus lepra ut patet & ii paralipomenon xxvi. & tunc etiam terremotus factus est.

Ysayas nobilis propheta claret qui euangelista magis quam propheta dicitur quia secundum Ieronimum de dominio Christi euidentia scripture fuit.

Pontifices

Ionas filius Amathi clarus habetur qui multa predixit que non sunt scripta hic. Post hec mittitur ad Niniuen ut patet in eius libro. Dicitur quod ipsum Helyas suscitauit a morte adhuc puerum.

Amasias

i. Osee propheta de primis de duodecim mittitur contra decem tribus

ii. Ioel secundus de xii prophetat de Iuda & futura eius tribulatione

iii. Amos tercius contra multas gentes prophetat specialiter contra decem tribus

iiii Abdias prophetat contra edom

v. Ionas mittitur ad niniuen quam audierunt eum sed israel nec multis credidit

Iste Ieroboam satis bellicosus uictoriosusque fuit qui obtinuit regem Syrie & restituit regno suo sicut prius insuper damascum iuxta uerbum Ione prophete. Attende quod sit instabilis status regum israel. Cito tunc usque ad nouissimum humiliatus est ualde. Sunt eleuati iam ab inferius mirabiliter deprimuntur. Sic qui fuit supra fit infra & contra qui fuit infra ascendit supra ut post descendat infra. Hec est rota uolubilis huius temporis. Ideo non est mirumque pauci electi ad hoc assimiliantur a domino atque omnium sensati huiusmodi instabilitatis negotium totis uiribus fugere studuerunt. Vide augustinum de ciuitate dei in multis locis. Si boni regnant multis profuit si mali est.

Reges israel

Ieroboam

Hic regnum israel fuit sine rege annis xxiii quod patet ex collatione regis iuda

Sine rege an. xxiii

Filius Ieroboam Zacharias mensibus sex

Zellum uno mense

Manahen an. x.

Iste Zacharias cepit regnare anno xxxviii Ozie regis iude et fecit malum sicut predecessores sui. Hic est quartus post Ieu ut promissum erat. Sellum et regnauit pro eo quo statim percusso a manahen rege & interfecit ut patet iiii regum xv.

Iste manahen cepit regnare anno xxxix Ozie fecitque malum coram domino & fecit cum domino in manus regis assiriorum quo dixit ei talenta argenti mille

Iste Rasyn uastauit iudam tempore Achas propter quod obsedit eum teglath phalasar et ipsum interfecit & transtulit populum iiii regum xvi

Rasyn

Reges Syrie

Iste Armulius silvius regnavit annis xliiij fratrem suum Numitorem de regno eicerat postea a se ipse a Romulo & Remulo fratribus germanis occisus est & Numitor restitutus in regnum eo quod annis coram fuit.

Rhea virgo filia Numitoris in templo dee veste serviunt que post admissum amasium & acepit peperit geminos Romulum & Remulum ob quod ipsa viva sepulta fuit. Infantes autem proiecti sunt foras et mirabiliter a lupa nutriti. Porro ob reverentiam romanorum dixerunt poete quod Mars deus belli concubuerit cum ea taliter stuprum aut pallliantes honorantes aut excusantes.

Iste Numitor restitutus in regnum statim a Romulo occisus est ut Orosius testatur.

Armulius silvius

Numitor

Sibilla erithrea omnium aliarum clarior hoc tempore quidam dicunt quod vixerit. Alii quod eius carmina que habet tempora inventa sunt. Ipsa autem ante troiana bella vaticinata sit apertissime de xpisto & pulchre. Vide Augustinum xviij de civitate dei. Nota quod sancti doctores non utuntur dictis sibillarum ac aliorum gentilium ad confirmationem fidei sancte xpistiane sed eas nec prophetico spiritu claruisse, sed arreptitias fuisse dicunt. Unde Augustinus contra manicheos disputans dicit. Si quid vero de deo sibilla vel orpheus alii ve gentium vates aut philosophi dixisse perhibentur valet quidem aliquid ad paganorum vanitatem revincendam, non tamen ad istorum auctoritatem amplectenda. Quantum enim distat de xpisti adventu inter predicationem angelorum & confessionem demonum, tantum inter auctoritatem prophetarum & curiositatem sacrilegorum.

Sparthani ipsi sunt lacedemones anno l. cum Atheniensibus acerrissima bella committunt semper incerta victoria. Terra marique pugnatum est.

Teglath phalazar

Iste Teglath cepit terram Neptalim & galileam & eos qui transiordanem erant transtulit in Assirios post etiam ob rogatum Achas obsedit damascum & Rasyn interfecit, Syrosque transtulit iiij regum xv & xvj.

Salmanasar

Olimpias prima agonis institutum. Et hec est Era famosissima tam latinorum quam grecorum. Secundum Hieronimum olimpias una quatuor annos continet. Secundum istum computum anno xl. Ozie vel circa ista Era incepit scilicet anno mundi IIIIccxxviij secundum lxx interpretes circa l annum Ozie. Nota xpistus nascitur olimpiadis c.xciij.

Iste Salmanazar obsedit samariam anno nono Ozee regis israel. Cepit eam et regem misit in carcerem israelque transtulit in Assirios. Tunc cessavit regnum israel quod stetit annis ccl xxxij.

xxx0   xxx6

Joathan annis xvj   Achas an. xvj

749   733   Anno ante xpistum incarnationem

De hoc Joathan nihil mali scribitur nisi quod excelsa more aliorum non abstulit ut patet ij paralip. xxvij.
vi. Micheas prophetat contra ierusalem et Samariam.
vii. Naum prophetare cepit contra Niniven.

De hoc Achas nihil boni habetur. Dereliquit dominum & derelictus est etiam ipse ab eo percussusque cum populo suo valde est a regibus israel & syrie ut patet ij paralip. xxviij.

Achitob

Iste Phaceia fecit etiam malum & percussit eum phacee regnavitque pro eo. Cepit regnare l anno Ozie regis iude.

Iste Phacee cepit regnare anno lij Ozie & sicut fecit factum est ei quia Ozee coniuravit contra ipsum regem interfecit & regnavit pro eo. Fecit etiam pactum cum rege sirie scilicet Rasyn & vastaverunt iudam sed Teglath phalazar oppressit eum & transtulit quatuor tribus in assirios ut patet quarto regum xv.

Iste Ozee ultimus rex israel cepit anno xij Achas regis iude fecitque malum et anno ix regni eius captus est a salmanasar et israel translatus est in Assirios ut habetur iiij regum xvij.

Phaceia an. ij   Phacee an. xx   Sine rege an. viij   Ozee an. ix



Reges Romanorum

Nota quod Orosius de hoc Romulo multa mala scribit scilicet fratris sui Auite ac aliorum propinquorum uiror occisor. Titannices etiam et uiolentias exercuit plures. Congregauit enim pastores & latrones cum quibus ciuitatem ex struxit ut per illam opprimeret circumquaque potentes. Postquam autem eruit elegit centum senes pro consilio quos senatores appellauit & mille milites professus in sublime. Tamen ob temeritatem sua inter deos assumptus est eo quod perussus a tonitruo nusquam comparuisset hoc non ab cumulum sue dampnationis accessit ut eo magis temeritate apud inferos quo in terris eius memoria celebrior habetur quam inuitibus nomen meruit sed falsa uul-gi opinione adeptus sit pre-dictis senes postmortem Romuli ire uenerunt anno uno cum dimidio expectantes si forte re-diret.

Numa pompilius annis xliij

Iste Numa maximus ydolatra fuit qui urbem adeo simulacris repleuit ut ipse sibi locum reperire non posset. hoc modo Augustinus stultitiam eius deridet quasi magna iniuria sibi facta sit quod ipse non fuerit etiam inter deos asscriptus quod deorum cultum sic promouit. hic Ianuarium & Februarium menses anno addidit. Mirum supra modum est quod hi uiri precellentissimi ingenij et cunctis pene que sub sole geruntur tam acute discernebant & in agnitione ueri dei sic delirabant. Gratias agamus deo.

Nota secundum Augustinum xviii de ciuitate dei quod Cicero magnis laudibus Romulo asscribit quod non in rudibus & indoctis temporibus quando facile homines fallebantur meruerit honores diuinos sed iam eruditis & expolitis. Unde patet & uesanus ydolatrarum error quia & si in his temporibus doctis illuminati sunt quam sit ineptum quod antiqui leuibus motiuis decepti homines mortuos deos falsos putent. Quapropter ipsi amplius neminem inter deos asscribendo deuenerunt. non tamen a cultura talium falsorum deorum destiterunt. sed more antiquorum sinantes & angentes que dictis uacant sine factis approbant. Unde constat eos non esse excusatos ymmo Apostolo teste plus illis peccant.

Anno ante xpi natiuitatem vii^c xv Roma in monte palatino a gemellis condita est uelut secunda babilonia. Verum tempore captiuitatis nusquam altera ea sanctior nec bonis exemplis ditior fuit & quanto ciuium minus habuit tanto minus cupiditatis habebat. post diuitie Auaritiam & luxuriam induxerunt

Reges Assiriorum

Sennacherib

Assaradon filius Sennacherib

Reges babilonie

Merodach primus rex babilonis

Iste Merodach primus babilonis Rex famosus recessit a monarchia nec obediuit Assaradon Regi Assiriorum Similiter nec rex medorum ob quod minus defecit regnum Assiriorum Et reges babilonie ceperunt esse potentes usque ad balthasar. Vide in regum in hystoria. Iste idem Rex misit munera Ezechie ut patet quarto regum xx.

Sibilla samya secundum quosdam his dicitur fuisse temporibus

Iste Sennacherib ascendit in Iudam contra Ezechiam uincitur & periit omnis exercitus sui. c. m lxxxv^m uiros bellatores. Ipse autem turpiter fugiens peruenit in Niniuen & affluit Iudeos et Thobiam. Tandem a suis filijs occisus est. iiij^o regum xix. Et ij^o paralip. xxxij.

Tales milesius unus de septem sapientibus clarus habetur quod post theologos id est poetas sophi dicti sunt id est sapientes

Cumana sibilla dicitur in Italia

Cathma fili[us]

Anno mundi

xxxij | xxoi | xx28

Reges Iuda

Ezechias

Sol decem lineis reuertitur sic illa dies longior extitit x horis

Magnum portentum

Strages hostium

Additio annorum

Manasses

vxv | 869 | xxx9

Iste Ezechias optimus filius de pessimo patre ambulauit coram domino corde perfecto excelsa abstulit et domum dei instaurauit nec similis eius fuit ante eum in regibus iuda gloriosus domini glorificauit eum ut patet iiij regum xviii. xix. xx. Et ij. paralip. xxix. xxx. xxxi. xxxij.

Iste manasses pessimus filius optimi patris fecit malum super omnes qui ante ipsum fuerunt et sanguinem effudit plurimum propter quod rex Assiriorum uastauit iudam & ipsum manassem capiens in carcerem misit. postea ad cor rediit et dominum deprecans exauditus fuit atque in regnum suum restitutus omnia que ante fecerat destruxit & in uia domini recte ambulans non sine grandi admiratione omnium qui ipsum ante nouerant beatam uitam duxit ut patet iiij^o regum xxi & ij^o paralip xxxiij.

Ysayas martirio coronatur cum multis alijs eo quod regis opera pessima reprehenderat

Pontifices

Sadoch

Sellum

Elchias

Israel transfertur in assirios Tunc defecit regnum quod stetit annis. n^c lxxxij. annis ipse annus vi. Ezechie

Tobie hystoria deuotissima & exemplaris tota hic texitur

Calencus uir iustissimus leges condidit & inter cetera decreuit ut qui adulterium crimen committeret utroque oculo priuaretur. Quod cum filius eius commisisset misit ipsum exoculari Verum tota ciuitas aliquandiu ei reluctabatur. Tandem uictus instantia populi ne lex a se edita uiolaret suo prius deinde filij oculo eruto utrisque usum uidendi reliquit. Sicque mirabilis equitatis temperamento se inter misericordem patrem & iustum legislatorem partitus est. O disce xpistiane quanta diligentia debeas scita dei tui precepta custodire si sic maluit paganus puniri pro iusta lege sua quam eam multam relinquere. Hec & multa similia oportuit in populo carnali obseruari quatinus timore pene a prauis cohiberentur.

Nota secundum Augustinum tertio de civitate dei. Ab urbe condita usque ad Augustum tam continue pugne extiterunt, ut pro miraculo habitum sit quod unus annus post primum bellum punicum sine bello transierit. Exceptis .xl. annis Nume quibus romanis pax fuit.

Iste Tullus non ferens tempus pacifice transire turbationem suscitat. post longa quietis tempora memento hostilitatis nomen sibi acquisivit. Et quia dissipat deus gentes que bella volunt. Ipse cum omni domo sua fulmine percussus interiit.

Iste Ancus primum pontem inter montem Aventinum et Ianiculum fecit et hostiam civitatem condidit super mare .xvi. miliaribus ab urbe Roma.

Hostiensis civitas cuius episcopus benedicit papam.

Tullus hostilius an. xxxii.

Ancus an. xxiii.

Bisantium conditur que post Constantinopolis dicta est.

Iste Nabuchodonosor bellicosus nimis et fortissimus quod per omnia eo compesset virga furoris domini ut puniret peccata populorum multorum. Primo erat Rex babilonie. postea autem optinuit regnum Assiriorum quod destructum fuit a medis factusque est monarcha. Et secundum hoc diversimode computantur anni eius quia diu regnavit. Multipliciter de ipso scriptura loquitur. iam bona iam mala que diligenter sancti doctores exposuerunt. Placet enim quibusdam quod propter penitentiam illam magnam que scribitur in daniele sit salvatus et quia scriptura vitam eius concludit in laude et confessione unius veri dei. Idem sentit de hyram ut patet in dan. quarto. Dicunt hoc quidam quod deus inspiravit sibi ut vindicaret se de iniuriis. Sed ipse instinctu isto abusus fuit per superbiam et invidiam atque non meruerit per hoc quod instrumentum fuit divine iustitie. Forte de omnibus post penituit meritis danielis.

Reges babilonie

Nabuchodonosor

Daniel adhuc iuvenis Susannam liberat et in conspectu regum cum sotiis stat. Et postea interpretatur somnium regis et in sublime tollitur videlicet dan. primo.

Iste Zedechias fuit etiam filius iosie et malus nec audivit Ieremiam prophetam ideo periit. in Ierusalem et omnis iuda cum eo. Et victus fuit. oculi eius et filii eius occisi. iiii. regum ultimo.

Ninive destruitur per regem medorum. Et regnum Assiriorum penitus cessavit ut predixerat Naum propheta et Thobias.

Iste Ioathas statim post mortem patris constitutus fuit rex in ierusalem sed quia non est secutus exemplum pii patris sui iosie ideo Pharao nechao cepit eum et duxit in egiptum ut patet iiii. regum xxiii.

2446 2448 2489 2600

Amon .an. ii.

Iosias .an. xxxi.

Ioathas mensibus tribus

Iechonias vel eliachym vel ioachym an. xi.

Ioachym vel Iechonias mensibus tribus

Zedechias an. xi.

169 189 119 009

Anno ante incarnationem Christi

Iste Amon secundum traditionem hebreorum duobus tantum annis regnasse perhibetur. sed secundum lxx interpretes .xii. et supplentur hic decem anni a lxx interpretibus de illis .xiii. sine rege. Secundum hoc sunt discordantes historie alie que communiter sequuntur lxx interpretes. Hic etiam fecit malum coram domino et percussus a servis suis sine penitentia obiit.

Iste Iosias optimus filius de pessimo patre gratia singulari preveniente adhuc in pueritia requisivit dominum et usque in finem perseveravit laudabiliter in quibusdam excessit Ezechiam parvum filium. Ideo dicitur non habuisse similem in regibus. Eius religiosam vitam et opera sancta plurima vide .iiii. regum .xxii. xxiii. et ii. paralip. xxxiiii. xxxv.

Sophonias prophetat destructionem ierusalem et reedificationem.

Azarias filius elchie

Olda prophetissa uxor Sellum prophetat Iosie anno .c.xii.

Thobias moritur vir sanctus plenus operibus bonis et prophetie spiritu clarus. prophetavit namque destructionem ierusalem et templi quasi iam facta esset cum tamen adhuc futura esset propter certitudinem prophetie. Statim post eius mortem uxor eius mortua est et secessit Thobias iunior cum filiis suis Ninive destructa fuit.

Ieremias prophetare incepit adhuc puer .xiii. anno Iosie regis contra ierusalem et templum. Et prophetavit annis .xli. preter id quod prophetavit in Egipto. Grandis diuitia populi et gravius plaga que punivit illam.

Iste etiam fuit filius Iosie frater Ioathas et constitutus a pharaone rex ierusalem ut daret multam. Sed quia fecit malum nec audivit prophetas ascendit contra eum Nabuchodonosor fuitque ei servus annis tribus. Cumque rebellaret venit iterum rex babilonis contra eum et victum duxit in babilonem. Non tamen pervenit, ductus sit sed invitatus est. Occidit nabuchodonosor et iussit fieri ipsum in urbem corpus eius proiectum extra murum sine sepultura iuxta quod de eo predixerat propheta Ieremias .xxii.

Zacharias filius azarie

nasa domini et populo suo

Istum Zachariam interfecit interfecit nabuchodonosor repleta cum aliis consiliatoribus Zedechie .iiii.o regum ultimo.

Urias propheta occiditur a Iechonia rege et Ieremias incarceratur.

Daniel
Ananias
Azarias
Misael
Ezechiel
Mardocheus
omnes hi cum Ioachim rege ducti fuerunt in babilonem adhuc pueri.

Iste Ioachym fuit filius Iechonie et fecit malum ideo statim amotus ne regnaret victus est et translatus in babilonem et multi cum eo sunt translati ut patet iiii. Regum .xxiiii.

Baruch prophetat.

Iste Iosedech conversus est cum quando transtulit dominus iudam per manus nabuchodonosor ut patet primo paral. vi. et ductus est cum aliis captivis in babilonem. Dicunt aliqui istum fuisse Esdram scribam et sacerdotem. Aut forte frater ipsius.

Iosedech filius zarie

Abacuc prophetat contra Nabuchodonosor et babilonem. Sunt tamen opiniones quo tempore fuerit. Hic danieli prandium attulit cum in lacu esset et apud babilonem secundum hieronimum.

Ezechiel propheta in caldea transmigratis destructionem Ierusalem et tandem martirio coronatur.

Iste Priscus Ludos instituit & civitatem Rome edificavit. Capitolium fabricare cepit & dictum est Capitolium quasi caput solum quia in fundamento inventum fuit caput sine corpore quasi prophetia futuri quia ibi post senatus resedit quasi urbis caput totius orbis.

Iste Servius conditionis fuit ex parte matris que ancilla captiva fuit sed nobilis. Hic laudes habet ab hystoriographis magnas quia in omni statu fuit & ubique nobiliter se gerebat. Tres montes urbi addidit & fossas circa muros duxit.

Astiages rex medorum unicam filiam habuit quam audivit multi plectro tradidit ne ex ea filius nobilis nasceretur propter causam quia mori timebat ne se pelleretur a regno per nepotem sicut predixerant sibi dictores & quod verebat ei accidit. Nam ex ea natus est Cirus qui ipsum superavit.

Sibilla cumana de Christo prophetavit & Torquens rex codices attulit in quibus erant descripta decreta Romanorum.

Reges Romani

Priscus Tarquinius an. xxxvii.

Servius tullius an. xliiii.

Iste Nabuch. filius nabuch. magni fuit qui orti qui suspensilis dicitur maximis in expensis uxori sue fabricavit & multa magnalia peregit ita ut herculem transcendisse actum magnitudine & fortitudine crederetur de manibus hostium templi beli decoravit.

Isti tres fuerunt fratres qui successive regnaverunt et balthasar fuit ultimus rex qui interfectus fuit a dario & ciro etc.

Iste Darius fuit consobrinus Astiagis quem in filium adoptavit quia non habebat nisi unicam filiam dedit que ei regnum quia cirus contra eum pugnavit. At in aliquo victi sunt a ciro quos tamen benigne tamquam nepotes tractavit quia avo regnum persarum & dario medorum dedit.

Reges Babilonis

Nabuchodonosor

Euilmerodach

Regusar filius primo Euilmerodach

Labasar filius secundus

Balthasar filius tercius

Monarchia Persarum

Darius

Cirus an. xxx.

Tres pueri pro invitatione in fornacem succensi & miraculose liberantur. danielis iii.

Iste Euilmerodach fuit filius nabuch. & immediate predecessorem hic Joachym elevavit de carcere magnificans eum. Corpusque patris effossum in tria dividens eius divisit tribus ulciscens ne resurgeret a mortuis qui de bestia redierat in hominem.

Ludus scaccorum repertus ab xerse philosopho pro correctione euilmerodach tiranni qui suos magistros & sapientes occidere consueverat. Sed hoc solatio inductus attractus fuit ad correctionem.

Iste Cirus rex persarum fuit primo qui deposito transtulit monarchiam ad persas hic ex parte matris patris fuit plebeius sed mater eius fuit filia regis Astiagis. De isto prophetavit ysaias. Babilonem vicit balthasar interfecit Danielem magnificavit ut israel qui remisit in Judeam ut templum reedificarent ut patet Esdre primo.

Anni mundi

4611

4632

4649

Hic incipit quinta etas mundi durans usque ad adventum Christi et habet annos 590.

Transmigratio

Salatiel

Zorobabel

Templum fundatur

494

510

516

Iste Salatiel erat filius Jeconie regis iude quem genuit post transmigrationem babilonis ut dicit Matheus.

Hystoria libri Esdre incipit.

Iste sedem imperii dum fundavit templum & manus eius perfecerunt sed longe post. Esdre primo.

Aggeus & Zacharias prophetavit confortantes populum ad edificandum templum.

Templum Salomonis incenditur a Caldeis et iherusalem destruitur. hec igitur est una de principalibus Eius huius sacre hystorie. Stetit hoc templum ccccxliii annis scilicet a fundatione ipsius inchoando. Ab hac destructione usque ad destructionem que facta fuit per titum scilicet xlii anno post Christi passionem fluxerunt anni dcxii secundum Eusebium et hieronimum.

Pontifices

Daniel vir desideriorum sanctus & clarus clarus habetur cuius etiam opera deus miraculis gloriosis approbavit.

Post reditum populi israel de babilone isti duo prefuerunt scilicet Jhesus sacerdos magnus tamquam regens & Zorobabel tamquam dux. Et iste modus usque ad herodem fuit ut sacerdotes summi essent principales et duces substituti semper tamen duces erant de tribu iuda iuxta prophetiam iacob. Sub quo regimine optimo sacerdotali non legitur populus declinasse a veritate fidei sicut ante quia tempore judicum & regum sepius ad ydolatriam recidit.

filius Josedech Jhesus ipse est ibi sacerdos magnus figura Christi

Et nota quod iudei qui hic redierunt & postea dispersi in omnem terram sunt iuxta prophetiam Danielis. Disperge illos psalmo lviii. fuerunt omnes de tribu iuda benjamin & levi pauci autem de decem tribubus qui auffugientes iunxerunt se istis. Illi autem qui in montibus caspios relegati sunt numquam redierunt secundum hebreos.

Jeremias in egipto prophetavit. Regibus Egipti predixit quod eorum ydola subruerent cum virgo pareret. Ex hoc sacerdotes in secreto templi loco ymaginem virginis cum puero adoraverunt. Oratione serpentes de terra fugavit. Tandem zelans pro domino increpavit ydolatriam populi sui et lapidatus est ab eis. Sed Egiptii gloriose sepelierunt martirem suum in sepulchris regum propter beneficia sua.

Ezechiel post multa que gloriose gessit, etiam per siccas aquas Thobar condensavit ut filii israel ambularent super eas. Caldei autem submersi sunt. Tandem percussis impiis quibusdam a serpentibus quos irridebant ceteri exacerbati ipsum equis distraxerunt & per crepedines saxorum saxorum excerebraverunt, eum martirem gloriosum facientes.

Esdras sacerdos de stirpe Aaron claret sanctitate vite et sapientia cuius grandi industria et labore totus iudaicus status in melius reformatus fuit.

Babilon illa magna capitis et auferunt potestas sicut prophetaverunt propheta. Hec fuit prima & maxima civitas totius orbis de qua incredibilia scripta sunt. Et hec tanta ynanode defecit ut ostendat quod ad nutum dei omnis potentia pulvis fit & favilla. Dicit verissime opera humano opere extrui potuisse vel humanis viribus destrui pene incredibile videbatur. Unde grande spectaculum evidensque exemplum mundus habet si informari posset.

Iste Tarquinius prisco interfecto meliore se arripuit regnum. Hic primus omnium genera tormentorum excogitavit. Postea autem de regno expulsus est propter stuprum Lucretie a filio suo commissum. Et noluerunt amodo Romani habere reges propter tirannidem eorum.

Lucretia femina nobilis & honesta a filio regis violenter oppressa seipsam stulte gladio interemit. Hoc in exemplum castitatis allegari solet. Sed non excusatur ab homicidio ut dicit Augustinus primo de civitate dei.

Anno ccxliiij ab urbe condita Romani loco regum ordinaverunt duos consules qui per unum annum regerent ne ex tractu temporis in superbiam erigerentur atque ut unus alterum corrigeret si erraret aut excederet.

Mutavit Roma principatum sed non evasit tirannidem.

Targnus superbus

Brutus primus consul

Consules incipiunt

Lucius

Cuius post multa bella tandem cum ad Sathas declinasset a regina Thamiris capitur & cum toto exercitu usque ad cc milia occiditur. Capudque eius precisum in utrem humano sanguine plenum proicit dicens: Satia te sanguine quem sitisti.

Babilonia nona in corpore adiuncta Cambise qui totum illud optinuit regnum.

Pentapres filia Cabisis fuit his duobus successive in coniugem sociata secundum Hieronimum super Danielem tertio.

Iste duxit filiam regis in uxorem & statim mortuus est.

Iste Darius fuit unus de septem magis et subtiliter regnum acquisivit. Hic recuperato regno Persarum Assirios & Babilonios Aziam Macedoniamque perdomuit. Cum regis Scitharum filiam in uxorem desideraret atque ei dare nollet cum vii milibus contra Scithas venit non veritus pro unius hominis libidine tot milia virorum mortis periculo exponere quod utique incautum crudele & iniustum fuit. Unde turpiter fugatus lxxx amisit. Tandem cum residuis a parte Athenensium puta xi milibus superatur Persarum amisit. Volens autem se post fugam vindicare in ipso apparatu decidit. Secundum quosdam hic specialiter de eo est quia habuit fidem unius veri dei cum templum & sacrificia fieri precepit. Unde lira super vi capitulo Esdre. De hac tamen dubium est propter diversitatem doctorum.

Cambises filius cum regnavit annos viij.

Sibulla Hellespontia in agro Troiano nata his dicitur fuisse temporibus prophetavit sic de Christo: Ihesus Christus nascetur de casta.

Iste Cabises nove nominatur a diversis. Apud Esdram Artaxerses dicitur vel Assuerus. In hystoria Judith que sub eo facta fuit vocatur Nabuchodonosor. Hic potenter interdixit ne urbem & templum reedificarent cum pater eius tamen precepit ne civitas extrueretur. Sed etiam tunc principes Ciro ignorante impedierunt domum domini. Hic quendam iudicem iniquum excoriari fecit et filium super pellem patris ante sedere iussit ut hoc timore scelus vitaret & recte iudicaret.

Xrenetides magus mensibus medio

Darius ythaspis



[illegible] [illegible]

Historia Judith hic texitur. Ipsa autem exemplar totius pudicitie ponitur.

Abiuth filius zorobabel

De hoc & sequentibus nichil habetur in scripturis usque ad Joseph nisi quod a Matheo numerantur. Ideo nec tempus eorum describi potest.

[illegible] [illegible] Anno ante xpi incarnacionem

Arphaxat post mortem Ciri perium optinuit regnum Medorum. Edificavitque civitatem grandem ab Athasius & disposuit rebellare contra Nabuch i. Cambisen. At tamen ab eo victus fuit ut patet Judith primo.

Falaris Siculus tirannus multos innocentes depopulatur. Hic quendam perillum artificem qui taurum ereum fecit ad puniendum homines in eundem ipsum primum proicit ut experiretur quod fecerat & clamor eius per os tauri sonuit terribiliter quasi boantis bestie. Sic tirannus iniustus invenit aliquando quem iuste puniret. Istud factum dicit Orosius anno ante urbem conditam lxiiij vel circa vel hic.

Holofernes princeps milicie Nabuch id est Cabisis multas terras domino suo subiugavit. Tandem venit ad Bethuliam & ibi a muliere interfectus est scilicet Judith ut patet Judith xij & xiij.

Pictagoras primus philosophus. Nota: Gentilium sapientia que totaliter de creaturis fuit primo incepit a diis quando adhuc tempora grossa fuerunt quia tunc qui paulo plus ceteris sciebant a rudi populo dii putabantur. Post hec venit prudentia & tunc theologi venerunt. Ipsi sunt poete antiquiores qui de falsis diis multa mendacia finxerunt urbano sermone. Si isti ante venissent profecto dii putabantur sed tempus affuit eos. Post hos venerunt sapientes idest sophi qui in iactantia gloriam suam celebraverunt non tamen diminuit aut theologorum honorem meruerunt propter tempus quia iam melius sciebatur. Malam tamen consuetudinem cum ceteris continuaverunt licet novos deos fieri prohiberent. Demum philosophi claruerunt quorum iste primus fuit eo quod humiliter respondit se non sapientem esse sed amatorem sapientie. Hii communiter contradixerunt ydolatriis et plures trucidati sunt, plures timore fecerunt sicut ceteri. Peiores fuerunt qui muneribus acceptis etiam contra propriam conscientiam cultum sacrilegum extulerunt. Vide Augustinum de civitate dei.

Dario & Phisios discipuli Pictagore hanc sectam coniunxerunt ubi per quinquennium silentium servabatur & post eruditi loquebantur.

Aggeus & Zacharias anno secundo increpaverunt populum super negligentia eorum ad edificandum domum domini et sollicitabant Zorobabel ut loqueretur regi super hoc et annuit rex. Succensum est igitur cor populi ut edificarent templum.

Aggeus de hoc templo prophetavit quod gloria eius maior erit quam primi quod est intelligendum spiritualiter quia Christus dominus desideratus cunctis gentibus hoc sua corporali presentia sepius ingrediendo magnificavit glorificavit et oblatio fuit in eo in die Purificationis beate Marie. Alioquin non posset stare veritas prophetie quia istud templum quasi nichil fuit respectu primi. Augustinus hic sumit fortissimum argumentum contra iudeos quod hec auctoritas necessarissime intelligatur de ecclesia que est domus dei ex vivis lapidibus quia hoc templum nec umquam parem habuit gloriam, tanto maiorem. Vide Augustinum xix de civitate dei.

Democritus philosophus seipsum excecavit & de divite pauperem fecit ob amorem sapientie.

Anaxagoras hic habuit successorem qui dicebatur

Archelaus magister Socratis.

Heraclitus cerebrosus.

Eschilus tragediarum scriptor. Sententias horum philosophorum vide in Speculo hystoriali.

Iste dictator creatus fuit ut consules premeret potentia contra inimicos. Hoc tempore facta est Rome dissentio plebis a senatu.

Tempore horum consulum fames & gravis pestilentia Romam corrupit.

Fabiorum gloriosissima familia urbis bello negetano prosternit.

Tempore horum consulum fuit bellum negetum atrocissimum.

Quintius repertus i[n]venit ab aratro sumptus est & in dictatorem creatus. Hic Romam iam pene desperatam propter adversos casus magnifice consolatus est triumphis.

Verginius filiam suam filius transfigit ne servitutem traderet. Ob hoc igitur & alia tribuni insignia deponere coguntur. Vide Titum livium de conditione urbis libro tertio.

Os inferni in medio urbis horribiliter apparuit de cuius exalatione plures interfecti fuerunt ubi cum se marcus curtius armatus proiecisset cessavit plaga demonum spiritum.

Olimpiade lxxx. vel xcv. potestas consulum tradita fuit decem viris qui apposita minus congrebatur de priso regimine consulum. Verum hec mutatio magna pernicie reipublice fuerit. eo quod singuli cum armis imperatoris procederet donec per unum eorum h[omi]nes fastus deponeret et tyrannide mala ad testatam spes Romanis tranquillitatis adipiscende nisi per sola patientia quam xpistus ihesus edocuit.

Romani

Dictator nomen est offitii dignioris

Titus publius

Marcus Eneus

Lex duodecim tabularum Rome instituta est. Decem enim tabule a grecis delate sunt quibus due addite sunt a Romanis trecentesimo anno ab urbe condita.

Tribunum decem fuerunt primi instituti loco consulum

Leonida rex Spartanorum cum quatuor milibus hominum viginti milia persarum pene trucidavit. Mirabile dictu, ait suis prandete tamquam apud inferos cenaturi. Et ita factum est, quia ex fatigatione ceciderunt super mortuos & mortui sunt cum eis pariter.

Zenones galli cum Romanis pugnant & capta est urbs preter capitolium quod etiam perdidissent nisi pervigil anser ex lassitudine pugne dormientes Romanos excitasset. Quapropter Ambrosius in exameron de eorum ingratitudine xpistiane felicitatis dicit eos magis debere sacrificare anseribus quam dijs.

Romam concilacione incensa & destructi muri eius.

Iste artaxerses est sub quo Esdras venit in ierusalem & Neemias fuit pincerna eius quem post misit ad edificandum muros civitatis.

Reges Persarum

Xerses filius darii super omnes ditissimus

Arthabanus mensibus vij.

Artaxerses longimanus an. xxv.

Xerses mensibus ij.

Segdianus mensibus vij.

Iste xerses multitudine populorum quos collegerat terras mouit & undas. At tamen penitus ei nihil prospere successit. Amisit enim in brevi tempore decies novies centena milia virorum. Tandem per Arthabanum occiditur. Girocium autem minus qui victores exstiterat longe maior erat occisorum. O tempus dolenda vide orosium.

Iste arthabanus non ponitur in cathalogo regum persarum. Sed hieronimus videtur eum numerare super danielem libro tertio.

Ebdomade danielis hic incipiunt secundum bedam de quibus est grandis altercatio inter doctores laborantibus maxime. Vide hieronimum super danielem & iuliam & ulricum libro x. capitulo iiij. Porro beda computat per annos lunares incipiens a xx.o anno artaxersis.

Bella atheniensium famosissima quasi secula troiana cum hec tempora fuerint & consumpsissent inseparabiliter qui superem videbatur redactique in servitutem.

Isti duo parum profuerunt. Ideo nihil notabile eorum tempore actum reperi.

Anno mundi

ϡλγλ ϡλϟθ ϡλϡχ

Esdras vir sanctus atque doctissimus velut alter moyses in populo reverendissimus habitus est. Hic primum de babilone cum ceteris venit sed iterum paterna sollicitudine motus redivit ut plures lucrifaceret & secum adduceret. Tempore autem isto legem ceterosque libros sacros reparavit quos caldei combusserant. Felix testamentum orbi relinquens. Novos et feliciores apices invenit. Quo in spiritu sancto feliciter pacto venit iterum ierusalem cum multitudine magna regalibusque privilegijs ut doceret populum ut patet Esdre vij. Obiit in Randa sepultus ibidem.

Linea xpisti

Eliachym de hoc nihil nisi Mt[heus] p[onit]

ϡ ϟ δ ϡ ϡ δ λ λ δ

Malachias propheta claret sic dictus id est angelus propter optimam eius vitam decorumque aspectum. Dicunt quidam de eodem quod tempore quo prophetaverat Angelus domini apparens eadem reiterabat.

Iste Iosephus cognominatus est iosedech sub quo civitas ierusalem extructa est ut dicit etiam Eusebius hoc idem patet Neemie xij.

Architas tarentinus magister Platonis claret.

Alcibiades Socraticus

Eudoxus Astrologus

Epicurus vorax

Diogenes alexandro potentior & ditior fuit eo quod quidquid potuit dare contempsit quicquid auferre vel inferre non cepavit.

Empedocles et

Parmenides philosophi notabiles maxime in moralibus claret.

Pontifices

Ioachym filius ihesu

Socrates philosophus hic habet magnas laudis prerogativas quem etiam beatus hieronimus in exemplum proponit & sibi et alijs. Fuit enim vir inpatientie semper equanimis qui subtilius de primo ente id est deo fertur sensisse pro quo tandem venenum sumpsit in carcere. Plato discipulus eius.

Pindarus Poeta

Sophocles

Euripides

Herodotus hystoriarum scriptor claruit tempore xersis

Democritus

Proagras

Pictagoras

Zeno & plures alij fuerunt tunc nominati viri quorum labores permanserunt.



Crathinus primus comicus qui sub specie iocalitatis aperte vitia redarguit.

Neemias vir benignissimus ac devotione sapiens pincerna Artaxersis regis persarum. Hic xx.o anno eius nutu dei voluntate missus est ab eo ut instauraret muros ierusalem quos edificavit in angustia temporum. Expleto autem opere miraculose ignem sanctum reperit et muros dedicavit. Deinde redit ad regem et iterum reversus ierusalem mortuus est et sepultus iuxta muros quos edificavit. Vide in libro eius. Hic finitur hystoria librorum qui sunt de Canone.

Iste Camillus furius dictus extitit qui afflicte reipublice magnifice subuenit expugnando videlicet uegienses qui per decem continuos annos ualde romanos attriuerant. Huic tantum uiro postea ingrata ciuitas dampnauit exilio. Orosius dicit hanc uictoriam magis utilem quam nobilem fuisse quia sine aliquo digno romane uirtutis testimonio clandestina subreptione facta fuit. Nec ob hanc iniuriam destitit quin rediret & de exilio denuo patriam defenderet. Hoc magnum est exemplum patientie christiane secundum Augustinum.

Ludi scenici instituuntur Rome ut pestilentia cessaret. De his augustinus multa diligenter tractando impugnat deorum falsitatem qui talibus ludis placari poterant. Statuit ut isti celebrarentur ut nedum honesti uiri & femine his interesse non uellent sed nec de longe intueri. O sacrilegia deorum quibus romanorum uella ad tanta crimina proximo trahebatur exemplo.

Camillus dictator

Mediolanum conditur.

Iste Assuerus filius darii habuit fratrem nomine Cirum qui post mortem patris in bello superatum occidit quia insuper letale bellum libido dominandi poterat mitigari cum tantum tot terras possiderent quod in cento plus quam centum regibus suffecissent. Hic post uasti reginam pulcherrimam duxit uxorem quam post abiciens hester de stirpe beniamin sumpsit. Mardocheum patruum eius sublimauit Aman prius in patibulo suspenso. Hic uidetur fuisse homo satis pacificus sed nimis luxuriosus rex. In historia hester post & secundo fertur. xxx. filios habuisse e quibus darius quem in regem sublimauit & .xl. nobiliores coniurauit ipsum occidere iam senem. Quo comperto omnes fecit occidi.

Darius nothus an. xix.

Assuerus uel artaxerses an. xl.

Iste Darius orantem mannum inisit contra Athenienses. Unde tandem contriti sunt qui dominabantur populis. Sub eo egiptus recessit a persis. Hic habuit fratrem nomine Cirum bellicosissimum. Vide Orosium libro ii°.

Malleus torquatus pugnam inchoauit atrocissimam cum gallis prius quoque gallo qui eum ad singulare certamen prouocabat torquem auream de collo eius tulit et sibi imposuit. Unde ipse & posteri sui dicti sunt torquati progenies magna.

Fabritius uir digne memorie nulla potuit in iustitia pruii re... a romana ciuitate diuelli promissa etiam quarta parte regni.

Sub hoc anno facta est pugna cum ... octo milia capta fuerant.

Iste marcus cum ... romanis pugnauit contra gallos qui ... & ... tenuerunt.

Titus quintus

Gaius martius

marcus ualerius

Iste quintus dictator tunc ... amallio inchoatam perfecit uictor quoque fidelis fuit in eadem paupertate permansit sicut ante erat ... Vide augustinum .v. libro de ciuitate dei.

Alexander nascitur ex olimpiade uxore philippi regis macedonum adulterata per noctebanum magum ... regem Egipti qui per incantationes illudebat ei tamquam deus Amon ... hoc collusio potentium adulteria et stupra palliari solebant sed pauperum capitali pena feriebant.

Ochus qui & artaxerses an. xxiii.

Hic succes... sit ... pax regnum

Arsamus qui & ... anno ...

Darius filius Arsami an. xxiii.

Iste Ochus Egiptum reuocat ad imperium persarum Noctebano rege in Ethiopia pulso. Hic plurimos iudeorum ... agros iuxta mare caspium collocat qui nimis creuerunt ibi. Ipse etiam misit bagosium principem trans flumen qui tributa peteret. Esdras dimissa repetiit. Septimi anni per sabbata tenent. Mirum est quod hic ut putatur filius hester fuerit ita iudeis infestus.

Iste Darius potentissimus ausus est ... tributa expetere quod fuit occasio destructionis totius monarchie persarum quod hic translata fuit ad grecos iuxta prophetiam danielis.

2869

2832

Circa hec tempora dicit Orosius quod nox usque ad plurimam diei partem tendi uisa est. Et saxa grando uera lapides de nubibus descendentes terram ferunt.

Azor nichil habetur de hoc nisi in matheo primo.

062

992

492

Anno ante ... [illegible]

Hester historia hic editur secundum doctores latinos sed non hebreos. Vide lucam hic & etiam super danielem capitulo ix.

Hic successit Joachim in pontificatu ut dicit Eusebius qui se josephum sequi testatur.

Mardocheus iudeus ... darius habetur & primus post Assuerum in toto regno Persarum semper tamen humilis & deuotus cultor dei fraternitatisque amator. Et secundum hanc computationem latinorum tempore exaltationis sue fuit annorum .cclx. Vide lucam.

Helyasib uel eliazaphat

Plato philosophus diuinus nominatissimus quem Augustinus extollit quasi ultra de diuina scriptura aliquid senserit. Aristoteles discipulus eius.

Dionisius siculus tirannus pessimus de sicilia expellitur. Hic erat discipulus platonis sed non imitator.

Aristoteles audit Platonem .xviii. annorum. Hic postea fuit magister Alexandri.

Philippus macedo pater Alexandri ... per .xxv. annos tirannides exercet. ... ita elatus ut licere sibi omnia que cogitasset putaret. Tandem dolose occiditur. Orosius.

Iste fuit summus sacerdos tempore Mardochei cui ... epistolas misit de obseruatione dierum phurim.

Vagosius prefectus ochi templum ... intrat & spoliat tributa ministris dei instituendo propter dissentionem Pontificis cum fratre suo ihesu quem occidit.

Iste habuit fratrem qui dicebatur ihesus et aspirabat ad pontificatum quasi per familiaritatem vagosi prefecti transflumen sibi comparauit. Confisus autem super hoc altercatur cum iohanne et ... in templo adeo fratris ... ut eum occideret.

Judas uel ioiade filius eliazaphat

Johannes filius iude

Lacedemones ipsi sunt Spartani ... expugnant atque in seruitutem redigunt quorum improba dominandi cupiditas infinita mala suscitauit secundum Orosium.

Demostenes orator.

Aristoteles famosissimus omniumque philosophorum subtilissimus claret qui sectam paripateticorum instituit.

Sydon deletur ab ocho rege.

Xenocrates ...

Ypolemus et hermes discipuli platonis in templorum locis & porticibus uersabantur nihil aliud quam de uirtutibus cogitantes quos oculos effodisse leguntur ob amorem sapientie ne a contemplatione per eosdem traherentur.

Hermes Termegistus qui & mercurius dictus est fuit circa hec tempora.

Xenocrates grauissimus philosophorum castissimusque.

Quintus curtius philosophus contra Alexandrum multis rationibus seriose disseruit cum increpando Si deus es inquit beneficia largiri non auferre. Si homo cogita semper aliis postpositis.

Cobares philosophus. In suo quisque negotio ebetior est quam in alieno.

Minutia virgo vestalis propter incestum viva sepulta est. hec et similia allegari solent quod distinctio etiam virginum apud gentiles puniebantur.

Dedicio prima apud Romanos se capi permittebat sed antiqui vinci et occidi malverunt. Sed circa hec tempora hec eorum nobilitas fedata fuit a samnitis. Venit Papirio hoc scandalum amovit quando post victos samnitas licet manus dederunt s. permissi tunc contraxerunt Roma.

Iste papirius cum adhuc puer esset prudentissimus fuit. pulchrum mendacium finxit ut matri celaret secretum consulatus. Licet et vir fortis esset adeo bellicosissimus fuit. ut Alexandro eius adventum Romani formidabant. meritus obiceret. Nec quisquam de diis curabat, sed auguriis et infausta predicentes deridebat. hoc in magnam laudem eius referunt doctores sancti.

Non Romani iste istam tempora magis viri... hoc tempore Romanorum sapientia ... Veni Papirio ...

Hoc tempore Romanorum sapientias post multa dampna oppresserunt. principium eius fuit nihil profecit sed agri. Unde dicit Augustinus: Multo melius esset fortunis Romanorum si deposito fastu dominandi more simplicium sectati esset.

Iste Emilius cum Romanis et Tarentinis iniustissimum bellum gerit auxilium ferente Tarentinis Pirro rege grecorum bellatum est vel consul contra eos annis tandem victo Pirro et in patriam redeunte in fabilem quoniam morte tamen ... cum Cartaginensibus fedus icerunt ex quo bella punica inchoata sunt.

Romani

Manlius Decius — Papirius Consul — Fabius Quintus Decius — Dolobella Domitius — Emilius Consul

Hoc consule tempore tanti fuit Romanorum gloria quod maiores proprietatem et civitatis honorem consiliarum fedus convenerunt. quos tamen subtiliter pandit Livius ... venerunt. Vide Orosium.

Isti duo contra latinos pugnantes Decius occisus fuit et Manlius triumphavit. Sed quia proprium filium occidit solitas laudes non habuit. Ille namque filius contra imperium consulis pugnavit cum hostes et quoniam victor extiterit tamen pro inobediencia interfectus et capite punitus fuit. hoc in laudem patris Augustinus allegat.

Hoc tempore consulum Dolobelle .xviii. milia Romanorum a gallis occisa sunt. nec apparet quin Romani iniuste bellum gererent.

Non fit mentio de hoc in prophetia Danielis quod nec sancti doctores inter se uterque tantum se de ulteriori ... dicunt.

Antigonus Rex Assyriorum

Iste philadelphus rex duorum ... ...verus dei cultor valde gloriosus iudeis fuit quod .c.xx. milia solvit a captivitate et libertate prestita plures exaltavit hoc igitur totum fecit ut placaret sibi deum israel cuius mirabilia audivit. Legem etiam habere desideravit nec potuit transferri in aliam linguam nisi ad devotis et dignis personis cum debita reverentia et solempnitate. Quidam namque attemptaverunt eam inserere in hystorias suas quos divina plaga tetigit donec penituerent. Misit ergo rex ad Eleazarum pontificem ut doctos et ydoneos viros sibi destinaret quod ipse libenter fecit. Vide Augustinum.

De hoc regno Egipti fit mentio quia iudeis quandoque infesti quandoque favorabiles fuerunt. reges ipsi quod ideo evenit quia reges Syrie penes reges Egipti pugnabant. Israel autem in medio eorum inter affligebatur. quoniam autem sciverit idem ab hoc iam ab illo. Et primus iste ptolomeus graviter eos affligit ipsos enim capiens dolose vendidit et hac occasione dispersi sunt in nationibus unde Actuum .ii. Ipse autem ipsum non evasit.

Monarchia Grecorum — Alexander magnus

Regis Egipti — an. xl. Ptolomeus Lagi filius Alii eum dicunt Sother — an. xxxviii. Ptolomeus Philadelphus

Philippus rex macedonie hic dicitur frater Alexandri secundum Ieronimum

Iste Alexander magnus dicitur propter mirabilem victoriam quam habuit de toto mundo quem in brevi tempore quod eius decem fuit victoriam .ii. ... contra peccatores illius temporis. Nam aliqua miracula ostendit deus sibi magis ergo adiuvando quia mare pamphilicum divisum fuit sicut olim mare rubrum iudeis. quem persequebatur darium. Etiam oratione fusa montes caspii clausi sunt et iudei quidam positi infra. Tandem in babilone hausto veneno mortuus.

2849 2882 2909

Linea Christi — Sadoch de hoc nichil habetur in scriptura nisi in libro primo

Tempora horrendissima in diuturna sanguinis et clamore plena. Mira dei patientia.

Achym filius Sadoch Matthei primo

280 312 291 290

Saraballa superstitiosum templum edificat in monte Garasim ubi posuit Manassen fratrem iaddi pontificem qui erat gener suus. hic igitur fecit scisma iudeorum quia multi adheserunt ei quod ex eis dicti sunt samaritani quasi per hanc iudeis vel excommunicati.

Nota defuncto Alexandro cum duodecim illi quibus regnum divisit inter se concordare non possent infinita bella surgunt et multiplicata sunt mala super terram ultra modum. Tandem extinctis aliis isti quatuor optinuerunt potestatem iuxta prophetiam Danielis. Vide Orosium.

Fulgor rationalis circa hec tempora cessavit secundum Iosephum quia appropinquante sole deficit aurora. id est Christo qui infallibilem veritatem erat docturus propter cuius adventum figuralis consultio terminata est. Vide magistrum super eundem.

Iste Iudas viso Alexandro occurrit pontificalibus indutus placat igitur subito ter de equo descendens venerabatur assistente cum pace et gaudio intravit civitatem. Tunc fecit sibi afferri codicem Danielis atque exposuit prophetiam que de se loquitur. Quibus peractis gavisus est valde quia omnia que per sompnium ante viderat debito ordine complebantur. Visumque est sibi quod ipse esset ille de quo hec prophetia erat. Maiorem igitur sumpsit audaciam pugnandi contra darium. Et oblato sacrificio iussit petere indeos que vellent concedens ut suis legibus uterentur atque quod septimo anno essent absque tributo propter sabbata terre. Vide magistrum.

Pontifices — Iudas filius Iohannis — Onias filius Iadi — Symon Iustus filius Onie

Hic propter sanctitatem vite singularem fuit iustus a vulgo appellatus. hic Oniam adhuc puerum reliquit.

Era principalis huius hystorie. Ipse est annis duodecim post mortis Alexandri in regno incepit regnum grecorum iuxta computationem libri machabeorum.

Anthiochia civitas condit. Edissa silicet. Zelentiam etc.

Meadis comicus. Menedemus philosophus. Leucippus philosophus. Pelemo philosophus.

Olimpias mater Alexandri mulier tyrannide plena occidit et mortem imperterrita suscepit sine omni signo muliebris pavoris sicut filius eius fortissime mortuus fuit.

Ab hoc Anthiocho secundo rege Syrie post Alexandrum omnes sequentes reges Syrie dicti sunt Anthiochi.

Exitus Alexandri ut dicit Orosius fuit peditum .xxxii. milia. Equitum quatuor milia. Naves .clxxx. hac tam parva manu universum terrarum orbem vicit. Unum mirabilius sit quia vicerit an quia aggredi ausus fuerit. Scitum est.

Exitus darii sexcenta milia. Scitis certius peditum et centum milia equitum. Tertius quadraginta milia peditum et centum milia equitum in quo tertio congressum darius letaliter vulneratus cum infabiliter fugeret et solus in via delictus obiit. alexander presente qui licet eam misericordia cum regali tamen honore sepeliri iussit.

Reges Syrie — Zeleucus vel Nycanor filius Antiochi — Anthiochus Sother

Iste Zeleucus post multa bella cum babiloniam devastasset totius Asie diadema sibi imposuit anno .xii. post mortem Alexandri. et ab hac etate scriptam machabeorum regnum grecorum enumerant ut dicit Orosius.

Calistenes philosophus condiscipulus Alexandri sub Aristotile ab eo occiditur quia ipsum pro deo non adoravit. Multasque tyrannides silicet idem Alexander perfecit magis ductu proprie complacentie quam veritatis ductus quod valde commune est apud potentes. Indignanter enim accipiunt si quis proferat vel faciat quod eis non placet quod utique periculosissimum est et sibi et aliis.

Sostratus pharum in alexandria construxit in mari. Pharus est turris maxima passuum .xx. habens fundamenta in mari super quatuor cancros vitreos. Unum de septem mirabilibus mundi.

Pestilentia grauis Rome fuit que spe breues indutias ibi habere osteniebat uerum hec minus magna fuit prestiti iumentis & pecoribus ita ut fetus etiam in utero necarentur aliudque genus defecturum putaretur.

Prodigia magna Rome fuerunt fulgura edes inlustres & menia obusserunt. Flamma sasse hiatu terre eructata quinque iugera exussit. Item non longe post fontes uersi sunt in sanguinem & lac de celo uisum est manare.

Iste Sempronius adiusum Picentes bellauit & terra tremuit quasi sanguine funendum horrebat acri pede pene conuenit ab utrisque preparatis exceptis Romanis.

Hanibal senior primum bellum punicum inchoauit, qui semel & iterum superatus a Romanis tandem ab exercitu suo lapidibus obrutus moritur infortunatus fuit.

Iste Gneus fraude innumentus Haibali interficitur. Quod Gaius duiuus indidicunt totum exercitum eius conterens ipsis in fugam compulit.

Isti duo dolentes de reguli captione cum liberare uenerunt sed nichil profecerunt.

Marcus Curius Consul legatus [illegible] — Genitius Consul — Sempronius — Appius Claudius — Gneus Gaius — Attilius Regulus — Emilius Fabius

Iste Curius tertium bellum contra Epirotas gessit et cesis xxviii milibus pirum fugauit. Ait ipse Non decet ante uti nec pecunia corrumpi posse. Malo diuitibus imperare quam locupletes fieri. Hij Romani & multi alii ante hec tempora & post fuerunt uiri summe honestatis secularis elegantissimi strenuissimi ueracissimi etiam in omni uirtute morali adeo spectabiles ut sanctis doctores confessam in exemplum Romanis proponant sed non meretur quia fide pietatis caruerunt.

Iste Regulus iuste cepit legiones & militum Romanorum fore inuisit quod omnes ignis cesi & securi percussi sunt a ciuibus in medio foro quando legittime se habuerunt ita districte tunc Rome iudicabatur ut nec etiam uictoribus periret si aliquid excederent.

Iste Appius Syracusanos et Penos facaliter superauit & multa legem imposuit. hic uiam appiam strauit & aquas claudias induxit.

Iste Regulus primum tot uictoriosus tres reges uicit & lxxiiii ciuitates subegit serpentem maximum cxx pedum extinxit. Tandem cum hostes nollent pacem dare nisi sub magno tributo ipsi pene desperati congressi sunt cum eo et Romanorum exercitum interemit ipsum. Atti adhuc libenter pacem habuisset. Sed maluit in fidelissimus mori quam in magnis penis quasi pretiosam pacem dare. Eius laudes Augustinus ualde extollit.

m. xxvi Ptolomeus Euergetes frater Philadelphi

Ptolomeus Philopator filius Euergetis an. xvii

Iste pugnauit contra duos fratres Seleucum & Antiochum magnum & superauit decies multa milia.

Iste Euergetes tot uictoriosus post uastatam Siriam & Siliciam pene totam Asie innumera spolia que cepit etiam deos eorum quos Cambises in Persas transtulerat reuexit. Ideo Euergetes dictus quod reuectionem sonat.

Iosephus legatus populi iudaici etiam iuuit Onia regis iram mitigauit & ab eo constitutus est dux iudee & finitimarum nationum. hic habuit filium puulum Hircanum nomine cuius stupendum ingenium pater pulchre explorauit dando sibi ccc iuga boum sine loris ut araret & seminaret in deserto. At puer non puerile consilium excogitauit. Nam decem iuga occidit, carnes operariis dedit & de pellibus retinacula fecit.

2932 — 2949

Eliud genuit Eleazar ut patet [illegible]

262 — 280 — 216

Anno ante xpisti natiuitatem

Septuaginta interpretes legem transtulerunt de hebreo in grecam linguam cum grandi miraculo tot uiri in lxxii diebus totam sacram scripturam interpretati sunt cum grandi miraculo Spiritu sancto omnibus presidente. Vide Augustinum xviii de ci. dei. Verum Hieronimus non per omnia concordat ut patet in prologo super bibliam.

Eleazarus filius Simonis — Onias filius Simonis Iusti — Symon filius Onie

Iste misit Ptolomeo lxxii uiros prudentes ad interpretandam legem de qualibet tribu sex. Quare dicuntur lxx. tantum usus sacre scripture optinuit que numquam subtrahere paruum nimium decrescente super aliquam summam.

Iste Onias zelo legis uel potius ex auaritia tributum negauit Euergeti propter quod tota Iudea pene fuerat perdita ut dicit Iosephus qui eum inhonorum fuisse testatur.

Hic magnas prerogatiuas laudis habet ecclesiastici l. qui templum in melius reformauit ciuitatemque preualuit amplificare. Religiosus totaliter fuit.

Iste pugnam grauissimam habuit cum Philadelpho rege Egipti de qua non potuerunt in concordia bellando peruenire. post alius modo pacificati sunt. Accepit enim Beronicem filiam regis Egipti in uxorem ut propheta Danielis. Vide ibidem.

Tunc resistebat medicus & consul clarus habetur.

Antiochus Theos — Antiochus Gallenicus

Iste fuit filius Antiochi Theos de prima uxore Laodice que uirum suum ueneno extinxit & Beronicem cum filiis suis occidit filiumque Galleneum filium suum pro patre regnare iussit. Quapropter Egiptus bellum instauit Siriam. Porro iste Gallenicus duos filios reliquit scilicet Seleucum & Antiochum magnum qui ambo regnauerunt.

Crathes Thebanus aurum pondus proiecit in mare malens submergere diuitias quam ipsum submergi ab eis.

Crisippus philosophus hic dixit quod stultus nulla re sit uti ergo ei nulla re opus est.

Archesios philosophus floret.

Plaga ordinis de aqua et igne in [illegible] suspensi.

Hanibal acerrimus penorum rex cum esset annorum .ix. iuravit patri suo quod odio Romanorum sibi succederet quod fidelissime implevit infelicissimus. ipse Nam Romanos pene usque ad exterminium delevit urbem etiam in solum dedidisset nisi divinitus impeditus fuisset. Nobilium romanorum tot in acie peremit ut tres modios anulorum ex dextris eorum extraheret. Et in flumine quodam de corporibus Romanorum quasi pontem fecit ut exercitum suum transduceret. Tandem a Scipione victus sepe fugatus miserabiliter se veneno peremit.

Annus pacis fuit post primum bellum punicum quasi miraculo reputatum.

Porte etiam quas [illegible] nos tenuerunt quasi prophetando eius malum ab hanibale venturum.

Hic Scipio gloriosissimus adolescens annos natus xxiiij. quasi secundus machabeus in fame deo statum romane reipublice iam [illegible] [illegible] in spem erexit. hanibalem fugavit hispaniam superavit affricam devicit. Anthiochum magnum in fine redegit. Asiam tributariam constituit. Sic tantus ab ingrata patria exul moritur.

Romani

Lucatus Consul — Sempronius ualerius — Fuluius — Lutius gaius — Scipio flaminius — Paulus terentus — Scipio africanus qui affricam vicit

Iste per multa bella et crebras victorias adeo contrivit cartaginenses ut pacem peterent in qua magnis pactis [illegible] non diu fuaverunt.

Hoc tempore contra [illegible] et gallos romani fortia bella tunc post quem per immunium tanti animi [illegible] romana sanguinem non sudaverunt.

Hoc tempore hamilchar dux cartaginensis pater hanibalis ab hispanis occisus est.

Hij consules robur totius ytalie congregatum habuerunt in dextris octoginta milia armatorum propter timorem gallorum quos valde timebat. Tandem galli contriti sunt.

Scipio postea occurrit hanibali ubi cesus est pene romanus exercitus post se promus simul et superatus est deinde flamminius occiditur cum [illegible] xxv.

Isti congressi sunt cum hanibale et ibi pene tota spes romanorum periit. occisis xlmi. post omnium superant usque ad desperationem recuperande potestatis pristine.

Publius nomen [illegible] superiori Romanos non extolli superperis neque dejici [illegible]. Item [illegible] minus solus sum quam cum solus sum. nec minus otiosus quam cum otiosus sum.

Regis Egipti

Epiphanes — Cleopatra filia anthiochi magni erat uxor eius quam accepit cum esset annorum .xiij.

Hunc dum adhuc in minoris esset et ualde oppressit — Philometor an. xxxv. filius epiph. et cleopatre — Terentius comicus clarus.

Anthiochus nobilis multis dolis ac insidiis [illegible] Romani mandantes legatos qui preciperent anthiocho ne ultro infestus esset amicis eorum belli causa [illegible]. Marcus namque publius circumscribit in circuitu anthiochi dicens Senatus populusque romanus precepit tibi ne exeas de hoc circulo donec respondeas. Videns ipsius [illegible] timens [illegible] non possit [illegible] Sic [illegible] senatum et populo romano recedendum est. Dimissa ergo obsidione alexandrie fremebundus ad propria redit. Reliquis [illegible]. macha. p.

Iste Epiph. mortuo patre fuit puer quatuor annorum quem anthiochus magnus bellavit contra duces et tulit omnia. Demum cum Egipti esset annorum vij. desponderit ei filiam suam Cleopatram in dolo [illegible] epiphane filio suo id est antiocho nobile. Mortuo autem antiocho magno filius eius antiquum dolum prosequens est et istum ptolomeum epiph. occidit dolose in animo. Non tamen optinuit egiptum quia egiptii fortiter resistentes eum [illegible] fugaverunt eum.

Colosus corruit propter terremotum fuit imago erea fusilis .cxxvi. pedum.

Plautus eloquens fuit.

Titus livius tragedia rum scriptor floruit et sum [illegible] forte plures fuerunt sic vocati.

Anno mundi 2982 [illegible] 3009 3032

Linea Christi

Eleasar [illegible] de [illegible] primo

212 — 190 — 191

Ptolomeus philopator iudeos [illegible] occisis xl. milibus armatorum.

Etenim quia iudei divina promissa quasi omnino affligebant in ydolatriam ceciderunt sicut olim solebant.

Templum domini tempore procerum mistar iherosolimorum quod permansit usque ad vespasianum et tunc funditus dirutum est.

Acies ignee videbantur in aere per ierusalem diebus xl. Seges plaga machabeus.

Ihesus sirach librum ecclesiasticum edidit quem Panarethon vocant. A pan quod est totum et areton quod est virtus quasi totus virtuosus.

Iste Onias propter tirannidem Anthiochi fugit multis cum iudeis in egiptum simulans se velle implere prophetiam ysaie xix. ut patet edificando templum. Sed in hoc peccavit. Superstitiose agendo. Rex autem epiph. gratiose suscepit eum tradens ei terram heliopoleos ubi templum extruxit.

Iste tenuit pontificatum post fugam patris.

Hic iuvenis sanctus fuit gratus deo et hominibus. Necdum bonis sed etiam discolis. Tandem iniuste occidit ab Andronico ut patet ij. mach. iiij.

Linea pontificum

Onias magnus — Symon filius onie — Onias pius

Iason Menelaus Alchimus Isti tres quamvis de genere sacerdotali fuerint non tamen sunt ponendi in linea pontificum propter ydolatriam et opera pessima nec debite intraverunt ut patet in multis locis librorum machabeorum.

NOTA. Isti duo fratres uolentes vindicare sanguinem patris sui et avunculi quos interfecerat Euergetes rex Egipti exercitum idoneum duxerunt contra philopatorem filium Euergetis. Sed ante devictum Zeleucus mortuus est. Et tunc Anthiochus prosequens bellum qui totum exercitum perdidit vix aufugiens ne caperetur. Rursum congregans exercitum venit contra epiph. filium philopatoris adhuc puerum quatuor annorum habens secum Philippum regem macedonum. [illegible] alios et optinuit duces ptolomei et est pueri [illegible] fugans Scopam ducem eius. Et iudeam cum multis aliis acquisivit civitatibus. Oniam [illegible] ad eum [illegible] Et quia armis Egiptum capere non potuit dolose desponderit Epiphani filiam suam Cleopatram cogitans ut sic esset amicus intraret regnum ad spoliandum sed non prevaluit quia res innotuit eis. Tandem cum presidium hanibali ferret contra Romanos superatus et tributarius factus est Romanis. Nihilominus post fortunis [illegible] est habuisse. Nam cum superiores provincias peragraret atque in persidem pervenisset deceptus a sacerdotibus in templo [illegible] cum paucis ubi [illegible] occisus est membratimque divisus ut patet ij. machab. p°. Reliquit duos filios s. Zeleucum qui prius regnavit et epiph. hij ambo sic pessimi fuerunt quod in operatione eorum adipisci aliquid honestatis putabat habuisse.

Reges Sirie

Zeleucus Zeranes [illegible] filius [illegible] — Antiochus magnus [illegible] plo [illegible]

Iste Pauper homo et rossus et despectus indignus honore regio pessimus fuit sicut pater eius. Et parum regnavit quia frater eius regnum fraudulenter arripuit. Hic etiam heliodorum misit ad spoliandum erarium quod bene tempore [illegible] ij. mach. iij.

Non quia occasione huius festinat ut tamala omnia [illegible] quasi regnum [illegible] [illegible] in persidem reduxerit.

Zeleucus [illegible] filius anthiochi magni.

Vacat

Pestilentia gravis Rome fuit que spacio brevi multas illic habitantes consumpsit. Venus hec nimis magna fuit pape et insulicubus et pecoribus ita ut fetus etiam in utero necarent. In alluvione non defecturum putabatur.

Vacat

Prodigia magna Rome fuerunt. Fulgura edes numinos et menia obusserunt. Flammas se fisse per tu terre eructata quinque iugera exussit. Item non longe post fontes versi sunt in sanguinem et lac de celo visum est manare.

Vacat

Iste Sempronius adversus piractes bellavit et terra tremuit quasi sanguine fundendum horruere, acriter pene ab utraque parte torruentur, paucis exceptis Romanis qui victoribus.

Scipio nasica prudentissimus Romanorum inter cetera duo dedit valde notabilia consilia in memoria digna. Post necartago deleretur. Quoniam occasione extrinsica belli intestina discordia et fortitudo spetia propriumque exercitium apud Romanos perseveraret. Secundo ne in urbe aliquod theatrum construeret quia nimiam hoc duxit bellico populo ad nutriendam desidiam lasciviamque convenire. Quam sapienter hec consuluerit sequentia ipsa declaraverunt. Vide Augustinum primo de civitate dei et Orosium libro iiij. Mirabile remedium vitiorum

Isti hispaniam ceperunt.

Hominis bellis horrendis

Quintus flaminius — Marcus catho — Tiberius graccus — Publius longinus — Cimbrium Lucius paulus — Hominis Lucius aulus

Hic bellum macedonicum confecit, superatoque philippo rege pacem dedit. Hic igitur cessat regnum in macedonia quod vicit etiam lacedemones et venditos Romanos collegit.

Horum tempore lex que ab oppio tribuno lata fuerat, ne qua mulier quod unciam auri haberet, abolita est. Etc.

Tempore horum consulum magnum bellum macedonicum fuit in quo primum Romani succubuerunt. Deinde iterum conflicti et pari clade usque partis in hiberna id est hyeme discessum est. Tertio lucii vicerunt. Qui postea apud albam in custodia defecit. Filius eius iunior didicit opus manuale Rome ob tolerandam inopiam.

Hoc tempore cotabri Romanos terruerunt. Scipio publius in affrica iniit ubi multas gentium strages dedit. Servius autem galba a lusitanis inter amisso exercitu vix aufugit.

Reges Egipti qui per hanc lineam continuantur semper habuerunt societatem cum Romanis et tam diu regnabat quam fidelitatem ipsis servabant. Non quod nulla alia causa fuit quam sic devicit potestas Romanorum super alios nisi virtutes que exuberanter in eis micabant puppue iustitia quam summe colebant. Et non quamdiu servaverunt iustitiam vincti semper ubique mansuerunt. Corrupti non ubique facile deuicti leguntur. In quadam revelatione divinitus facta beate brigitte habetur quod dominus deus Romanorum prebere antiquioribus Romanis.

an. xxviij

Euergetes filius philometoris

Hic fuit frater cleopatre uxoris Alexandri regis Syrie de quo habetur primo machabeorum x.

Statius cecilius comedianum scriptor

Aristobolus iudeus paripateticus philosophus qui ad philometorem explanationem in moysen scripsit commentatoriam

Ierusalem destruitur et penitus desolatur ab antiquo epiphane templum incenditur sed paulatim per iudam et fratres eius reformatur.

1049

Mathan genuit iacob mathatias pater

Anno ante xpisti nativitatem 160 161

Iste Mathathias vir sanctus omni laude dignissimus percussit in zelo suo peccatores conversos in domino deo israel ut patet primo machabeorum ij. Habuit quinque filios eiusdem zeli. Verum ipse non erat pontifex sed tres filij eius.

Septem machabei cum matre fidelissima martirizant ij° machabeorum vij. Eleazarus cum multis alijs glorioso martirio coronatur ij° machabeorum vj.

Templum purgatur a iuda et fratribus eius postquam tribus annis prophanatum erat.

Iste Symon vir prudentissimus ab adolescentia usque in senium optime conversatus semper victoriosus. Tandem negatur occiditur a genere suo ut patet primo machabeorum ultimo.

Mathathias — Iudas machabeus an. iij — Ionathas an. xix — an. viij Symon filius mathathie

Hic est ille nominatissimus triumphator Iudas in israel qui nec similem habuit ante se nec post se. Eius opera gloriosa et magnifica inde in libris machabeorum. Postea in bello strenue stans occidit pro legibus sanctis martir se domino offerens. Cui successit frater suus Ionathas qui crevit in gloria fideliterque stetit in testamento domini. Tandem dolose occiditur a triphone cum duobus filiis suis.

Iste Antiochus dictus est epiphanes id est nobilis a capite usque ad pedes fuit, at et foris totus nequam fuit. Ob quod figura antixpisti dicitur. Hic martires plures fecit. Dolose Egiptum intrans disposuit sicut prefecit eius sed non perfecit quia Romani posuerunt firmiter manibus suis. Tandem cum iudi penitentia contritus est. Operatio eius pessima quod obses fuit Rome et conpletur in prophetia danielis in eo sit completa, vide in libris machabeorum et doctorum super daniele.

Helidorus intravit templum ad spoliandum erarium ut patet ij° machabeorum iij. Sed divinitus percussus vix ad vitam rediit orante pro eo onia.

Iste Antiochus adhuc adolescens habuit tutorem lisiam qui gloriosum exercitum contra iudeos duxisset. Non longe post ambo a suis occisi sunt propter timorem demetrij filij seleuci ut patet primo machabeorum vij°.

Iste alexander semper gloriose iudeis apparuit et cum meliorem fuisse in cet regibus Syrie. Vide primo machabeorum x. et xi.

Iste Antiochus adhuc puer suadente Tiphone aliquid molitus est per temptationem regni sed parum perfecit quia statim ab eo occiditur. Tiphon autem in pessime se omnibus gerens totus exercitus eum deliquit fugitque profugus nullibi tutum reperit locum.

Antiochus epiphanes filius antiochi magni — Antiochus eupator filius epiphanis — Alexander filius epiphanis — Antiochus adolescens filius alexandri — Tiphon proditor

Iste demetrius tamquam verus heres invasit regnum et occiso Eupatore semper iudeis infestus fuit. Tandem propter iniquitatem Alexandri filii Eupatoris occubuit.

Iste demetrius frater eius venit in brevi tempore post regem Egipti qui alienavit se ab alexandro et faciebat sibi. Tandem capitur a rege persidis et incarceratur.

Iste confortatus tempore sequenti effugans eum hic primo iudeis benignus fuit sed postquam prevaluit fecit fratrem prescus eius sed non semper primo machabeorum ultimo.

Demetrius filius seleuci — Demetrius filius demetrij — Antiochus filius demetrij

Cartago illa nobilissima metropolis affrice deletur a Scipione & consulibus. Arsit .xvij. diebus continuis. Miserum spectaculum. Multi venditi sunt. multi se flammis tradiderunt.

Corinthus similiter vastatur eodem anno a romanis que opulentissima fuit, toti urbi nota.

Bella socialia oriuntur quorum hec prima causa sive origo fuit. Gracchus notatus a nobilibus cepit causam gerere contra eos. quia solo nihil potuit. Socium incitabatur ad se trahere dicens quod agros deberent dividi & etiam per anime. Ob quod tumultus suscitatur. In quo ipse est occisus & multa mala secuta sunt. Vide Orosium.

Tempore horum consulum theutonia, germani et cymbri adunati sunt contra quos romani pluries pugnaverunt sepeque victi. Tandem eos superaverunt sibi liter & deleti fuerunt .clx. milia innumerabiles se ipsos occiderunt. Stati post iterum intestinum bellum rome oritur quod maius sedavit.

Romani

tercius Lucius Marcus	fulvio Servius Flaccus quinto	metellus Lucius Celius quintus terentius	Fabius Quintus martinus	Scipio nasica Publius Lucius calpurnius	manlius Gaius Quintus scipio

Anno ab urbe condita .dc.vij. inchoatum est tercium bellum punicum tempore horum consulum & finitum anno quinto.

Tempore horum puer ex ancilla nascitur quadrupes quadrimanus oculis quatuor & Ethna mons igneas flammas evomuit et terribiliter & loca vicina vastantur. Scipio numantiam delevit.

His presidentibus iussa est Cartago restitui & Romanorum famulis repleta est. Et in urbe intestinum bellum oritur advocatissime.

Iste fabius cum pauco populo regem armenie superavit. Et mersi sunt .clxxx. milia armatorum in rodano. Quinti delevit gallos qui sub radice alpium siti fuerunt.

Horum tempore rex numidiarum valde romanos attrivit. sed ipse tandem superatus est. Statue romana incontinencia deferunt ut diceret urbem venale & mature perituram si emptorem invenerit. quasi diceret fidem interiisse.

Reges egypti

Ptolomeus Sother an. xvij.	Ptolomeus Alexander an. x.	an. viij. Ptolomeus cleopatre filius	Ptolomeus Dionisius an. xxx.

Sub isto Salustius hystoriographus nascitur.

Sub isto Oratius et Virgilius nascuntur.

Hic regnavit annis .xvij. cuius tempore Cicero oratorque nascitur.

Sub isto poeta lucretius nascitur qui postea se se a marcelo furore interfecit.

Servile bellum in sicilia ubi conspiraverunt .lxx. milia fuerunt huiusmodi bella periculosiora sunt ceteris quia crudeliora necavit de patria salute.

Pestilentia maxima fuit in Affrica perierunt ultra .dcc.m.

Mitridates rex ponti atque armenie per annos .xl. gessit atrocissima bella contra Romanos in modico sanguine fuso sepe victor. sepe victus. Tandem ipsos filios peremit hausitque veneno uxores pelices ac filias secum extinxit. Sic miserabiliter qui infinitos perimit. Hic ut Orosius testatur maximum nobis argumentum sine finem reliquit. Cum enim omnium superstitiosissimus fuerit in fine expertus est quod falsos deos coluerit. Non sic nobiscum agit deus noster cum si fideliter fuimus nequaquam mala morte perire nos sinit. Vide Pulchre libro sexto eiusdem.

Anno mundi

7082 ... 7109

Linea xpisti

pater ioseph naturalis secundum heli Iacob pater ex legali fuit

211 ... 106

Regnum iudee restituitur quod interruptum fuit a nis .cccc.xxx. a tempore zedechie usque ad Aristobolum.

Pontifices

an. xxx. Iohannes Hircanus filius Symonis	Aristobolus primus rex et sacerdos	an. xxvij. Alexander vel Zanneus

vel xxvij.

Hic prefuit annis .xxxviij. & totus tyrannus fuit. cuius primum modestus appareret. Officium enim fecit novum qualis intus fuerat fratrem occidit & in .xij. annis circiter .l. milia Iudeorum interfecit qui facinora eius detestabantur. Tandem moriturus duos filios reliquit scilicet Hyrcanum & Aristobolum. Verum uxorem regnare constituit quia gratiam populi habuit.

Hic prefuit annis .xxvi. vel .xxxiii. propheta religiosus & strenuus dux Ptolomeum socerum suum fugavit. Samariam captam solo equavit. Tandem rebus optime administratis mortem propinquam sentiens cum quinque filios haberet quorum nullus ad regimen populi valeret. uxorem suam dispositissimam iudeis prefecit & filiis.

Iste uno tantum anno prefuit qui diadema sibi imposuit. Nec fuit contentus de testamento patris. Ideo matrem cum filiis incarceravit propter quod miserabiliter periit cum fratre suo Antigono qui eum iuvit.

Heresis phariseorum circa hec tempora oritur. Nota tres fuerunt secte in iudea scilicet Pharisei Saducei & Esseni. hii omnes a communi vita reliquorum iudeorum distincti multisque erroribus implicati propter aspectatem vite. Secundum Ebiones se alijs dixerunt. Vide magistrum in hystoriis circa nativitatem baptiste Iohannis. Item adhuc due secte a quibusdam asseruntur scilicet Ar[...]bonei & gerniste.

Hic cum centum .cc.m. haberet atque hystrices cum scortis pluries se inmiscerent. facile a rege spathorum oppressus fecit.

Hic a romanis superatus & tributarius est. Et cessavit regnum grecorum idest Syrie quod stetit annis .clxxxiij.

Fimbria ylium vastat id est Troiam antiquam matrem Romanorum.

Silla statim eam restauravit.

Cathilina famosus tirannus coniurat contra patriam.

Reges Syrie

Antiochus Siusten	Philippus ultimus rex Syrie

Bella intestina ceteraque circa hec tempora in tantum prevaluerunt ut pro magno miraculo habitum sit quod status communis reipublice penitus non periret. Unde patet quod nichil potuit bellicus labor ad pacem procurandam nisi a summo deo magnum illud donum largiatur non a falsis diis quibus tota Roma ultra mille annos servivit. Vide Orosium ad longum de his bellis.

Bella civilia incipiunt que continuata fuerunt per annos .xl. Adeoque attrita fuit urbs ut necessario regimen ipsius mutaret licet ad multos annos optime rexerint consules. Infelix prorsus conditio humani status que nunquam in deliciis durare potuit ac gloria quamvis hec summo studio querat. Que tanta dementia est hoc semper sudore et sanguine querere quod cum adeptum fuerit nullo pacto retineri potest. Prudentissima illa Roma hoc non potuit et tu alebis. Experimentum sequitur ne pereat labor tuus.

Iste Iulius tante fuit activitatis ut mens illius et manus ad impossibilia fere sufficerant. Quinquagesies et bis pugnavit solus Marcum Marcellum superexcessit qui novies et tricesies fertur pugnasse. Hic Pompeio ceterisque nobilissimis Romanorum occisis imperium arripuit. Tandem anno quinto imperii sui conspiratione Bruti ac Cassii dolo occiditur. Ipse domitor orbis

Tres soles in celo apparuerunt versus orientem qui paulatim in unum corpus solare redacti sunt. Gratia de spectaculi grandia presignavit quod scilicet Asia, Affrica et Europa sub una monarchia statim coniungi debuerunt. Et quod dominium Lucii Anthonii, Marci Anthonii et Augusti in unum redirent. Sed potius notitiam unius et trini dei etc.

Iulius Cesar
primus imperator
Lucius
Marius

Silla
Marius
Gaius

Pompeius
Marcellus

Cesares
Iulius
Cesar
an. v.

Hoc tempore multa pericula insolita Romanos terruerunt. Et statim post in diversis provinciis delectus Romanorum exercitus ita ut saga idest vestes funebria induerent.

Varro Marcus doctissimus qui tam multa legit ut aliquid ei scribere vacuisse miremur. Tam multa scripsit ut vix aliquis legere possit sicut dicit Terentius.

Cicero Marcus Tullius maximus rethor claruit.

Isti duo consules contra se invicem facientes guerras primum civile bellum inchoavit. Cuius occasionem progressumque miserabilem Orosius prosequitur. Tot occisi sunt ut Sille dicerctur: Cum quibus tandem victuri sumus in bello armatos in pace inermes occidimus. Et tunc proscriptio instituta est.

Isti duo consentientes simul restiterunt Iulio. Ob quod secundum civile bellum orditur annos quattuor durans in quo totum mundum concussisse Orosius breviter dixerit. Tandem Pompeius superatur capiteque plexus paulatim intercessit. O grande spectaculum quam dispar exitus tanti viri.

Pompeius semper victoriosus .xxii. reges subegit. Tandem postquam templum prophanasset nunquam postea dicitur pugnasse quin vinceretur. Similiter non longe post Crassus preses Syrie templum etiam ausus est prophanare quod Pompeius non fecit. Ob quod auro in os eius fuso interiit. Sic perierit inimici tui domine. Multa exempla de hiis inveniuntur qui non timent divina et clerum dehonestare iuxta vulgare dictum mala morte perire solet. Hoc aperte prophetavit Moyses Deuteronomio .xxxiii. percute dorsa inimicorum eius scilicet Levi et qui oderunt eum non consurgant.

an. xx.
Cleopatra
ultima regina
Egipti

Isti Cleopatre Iulius regnum Egipti dedit monens ut magis amicitiam Romanorum quam arma cepere studeat. Secundo anno eius Iulius arripuit imperium.

Hic terminatur calculus Latinorum per hanc lineam descendentium ad Christum. Sequitur iam supputatio annorum per lineam Romanorum.

Catho nominatissimus videns Cesarem triumphare cum ipse non faveat apud Uticam seipsum occidit iuxta illud Maluit Catho mori quam deridere urbis honori. Sed propter hoc secundum Augustinum non excusatur a peccato.

7138

99 — 49 — Anno ante xpisti incarnationem

Iudea tributaria fit Romanis propter partialitatem duorum fratrum scilicet Aristoboli et Hircani. Utrique enim invidentie causa subiecit se sponte Romanis ut regnare posset.

Iste Hircanus mortua matre in regno successit in quo modicam prosperitatem habuit propter partialitatem populi. Nam statim a fratre superatus est. Postea autem iterum restitutus est auxilio Arabum. Tandem factus tributarius Romanis aliquanto tempore in pace regnavit. Sed novissime nocte regis miserabiliter obiit deceptus fraude Parthorum quos Antigonus contra eum duxit. Vide plene magistrum de his.

Scipio seipsum iugulavit.

Iuba rex iugulari se fecit.

Petreius gladio se perfodit. Et multi alii de nobilissimis Romanorum qui noluerunt Iulio subdi aut timuerunt ab eo occidi sicut plures iam occiderat.

an. ix.
Alexandra
uxor Alexandri

an. xxxiiii.
Hircanus
filius Alexandri

Hec prefuit annis ix. Fecitque tirannides plures. Gentis primum simulata sanctitate religiosa fama lucetur. Hircanum in sacerdotem promovit atque ut post se regnaret instituit. Hec in linea pontificum ponitur propter supputationem annorum non ut officium pontificale exerceret quod non licuit.

Virgilius excellentissimus poetarum claret.

Oratius Flaccus satiricus.

Salustius crispus hystoricus.

Plotius primo Rome Latinam rethoricam docuit.

Possodonius stoicus fuit.

Hecaton stoicus qui dixit omne honestum in arduo est. Si vis amari ama. Queris quid perfecerim. Amicus mihi esse cepi.

Rome numerati sunt .ccccxl. lxiiii. homines omnes in mole civitatis.

Libraria .ccc. milium librorum comburitur in Egipto. Unde patet quanta fuerit antiquorum diligentia in libris colligendis.

Titus Livius hystoricus.

Marcus Callidus orator.

Diodorus scriptor hystorie grece.

Ovidius Naso.

Gaius Falcidius.

Cornelius hystoricus.

Marcus Varro. Hic ait Nihil magnifice docebit qui a se nihil didicit.

Iste Octavianus nepos Julii cum esset adhuc adolescens imperium sumpsit. Hic vincenti rem suam virilibus actibus decoravit. Quinque civilia bella gessit et breviter totum mundum post multa bella in unam tandem monarchiam redegit. Hic est ille unicus qui secundum non habuit sub quo continuit orbis terrarum ac prompte obedivit agente hoc divina providentia ut Christi nativitatem temporalis pax illustraret. Hic gloriatur se urbem marmoream reliquisse quam latericiam ipse invenit. Fuit pulcherrimus corpore, ingenio subtilissimus, fortunatissimus. In cibus secundum tio carnis non caruit. Ipse est qui describi fecit totum mundum ut dicit Luce ii°. Cuius xlii anno natus est Christus dominus salvator noster qui pacem eternam suis largitur.

Imperatores

Octavianus Augustus an. lvii. me[nses] vi.

Hos Loquitur [illegible] in breui magis desinent homines quam inmenta uel ut quidam libri habent frumenta.

Sibilla tiburtina clara habetur que de Christo prophetavit. Augusto suasit ne se deum iuxta stultitiam gentilium putaret. Sed ostendens ei virginem pulcherrimam in celo tenentem puerum in brachiis ait hic puer maior te est ipsum adora.

MONARCHIA ROmanorum omnium maxima ecca hec tempora incepit. Cum enim ut testatur Ieronimus ac alii sancti doctores per totum orbem inclusis provinciis bella pullularent subito cunctis mirantibus pacata sunt Romano principi colla submittentes ut aperte dominus deus hominibus ostenderet quod illam universalem pacem non bellicus labor sed ipse donasset. Neque uno bello finito aliud successit, aut plura peioraque sanguina sequebatur. Sed Christi nativitate appropinquante urbs quievit et orbis.

Iste herodes primus Rex alienigena apud iudeos fuit. Cuius hystoriam Iosephus diligenter prosequitur referens ipsum fuisse virum strenuum fideque dignum. In omnibus nota bililiter se gerebat. Gratus valde Romanis ac populis quod pacem amabat. multa etiam opera miro (?) fabula fecit. Verum in senectute sua cum minus velet placere Romanis atque audisset de ortu Christi timens pelli de regno tanquam alienigena miserabiliter defecit et antiqua probitate dimissa occidit innocentes et plures de filiis suis. Tandem omnibus odiosus morbo invalescente flebili morte defunctus.

Reges Iudee

Ascalonita Herodes an. xxxvii.

Imperatores Romani qui deinceps continuantur omnes Augusti dicuntur propter singularem huius augusti excellentiam. Iusticie equalitate ut omnibus ille nomen tribuat quod cunctis vivendi formam et regendi normam constituit. Tanta siquidem in eo probitas fuit ac strenuitas eminuit ut vix credibile sit quamquam destituta natura humani decursus talem edere potuerit. Qui dum Christum cum benedicta matre sua vidit meruit quasi ipse princeps exciterit ut vacationis ... Nec unquam post hec dominus vocari voluit. Aram ei post extruxit humilitatis clementie civilitatis et patientie que rarissime in tanta sublimitate invenitur exemplar ipse fuit. Bellum non nisi coactus suscepit. Ait enim Magnum est dispendium aureo hamo pisces capere quia hami perditi dampno nulla potest captura piscium comparari. Hec habentibus sibi ait in libera civitate liberas esse debet linguas. Milites otiari nequaquam a deliciis permittebat quorum professio instituta est ad laborem. Filias suas in lanificio fecit instrui propter mutabilitatem temporalium. Nendi texendique non solum artem set et usum habebant neque ad se nisi vultu maturo sine omni nescium curiositate accedere permittebat. Regna que iure belli acquisierat preter pauca restituit aut alienis bene more tribuit. Testem se in iudiciis interrogari et repelli equo animo patiebatur. Plebes habuit sibi maxime familiares quam nimium melius poterant cum extinctione etiam publicis bellis intrabat. Alibi ter quater que principi cum gratiam posceret. Vitam et bona ab ipso impetrabant.

Anno mundi

4179 | 4179 | 4199

Linea Christi

Joseph circa hec tempora nascitur sponsus Marie

Ante quam convenirent inventa est in utero habens de spiritu sancto sicut premonuit Ysaias propheta

Joseph sponsus

Maria mater Christi prophetissa

xl | xx | I

Anno [illegible] Christi [illegible]

Zacharias et Elizabeth fuerunt ambo sancte vite qui fuerunt parentes sancti Johannis baptiste.

Sceptrum de iuda aufertur et dux de femore eius quia in proximo sciebat scilicet venturus est Christus ut Jacob prophetavit.

Mariana satur an°. ante x.a nativitatem xvi vel circa

Anno mundi 4199. est primum ante Christi nativitatem. Cum autem esset desponsata Maria Ioseph missus est angelus Gabriel a patre luminum deo totius consolationis ad ipsam ut annunciaret ei quod venerit plenitudo temporis pro reconsiliatione humani generis atque quod per ipsam dei filius hunc mundum intrare vellet. Hoc igitur omnium secretorum secretissimum mirabilium mirabilissimum Salubrium saluberrimum desiderabilium desiderabilissimum misteriorum profundissimum circa hec tempora diu expectata adimpletum est ut deus homo fieret. Quis audivit unquam simile? O si sapiat istud in palato mentis nostre. Vide devotissimam hystoriam Luce primo.

Johannes baptista nascitur quo nemo maior inter natos mulierum surrexit.

Iste Antigonus filius Aristoboli ubique infideliter egit nec rationi obedivit magnamque plagam terris intulit ut hyrcano expulso regnare posset. Regi enim Parthorum promisit talenta mille et virgines quingentas si eum sublimaret. Lasania nepote suo id procurante. Sic hyrcanus eiectus faselus occisus et herodes fugatus est. Sed cum herodes Romam veniens senatui cuncta narrasset Augustus eum regem Iudee creavit mittens cum eo exercitus qui Ierusalem obsedit. Et Antigonum captum duxerunt ad Anthonium qui eum securi percussit. Herodes autem confirmatus est in regno. Tunc cessavit sceptrum de iuda sicut predixit Jacob.

Antigon[us]

Lugdunum conditur a munatio planco oratore discipulo Ciceronis.

Cornelius gallus.

Messala poeta. Et multi alii his fuere temporibus.

Ioachim et Anna clarent sanctitate vite qui post singularem gratiam meruerunt producere florem ~~florem~~ totius felicitatis Mariam omnium creaturarum excellentissimam que deum nobis genuit.

Burgondiones orti sunt gens semper valida sic dicti quia super renum burgos multos habet.

Marcus Agrippa gener Octaviani super renum civitatem Agrippinam condidit ~~condidit~~ que post dicta est colonia.

Romani flore & numerati sūt ciues eius atq; descripti nonagies tricenta milia & lxxx.

Valerius magn' fuit hoc tempore uir magne fame.

Mundus describitur uniu'sus de mandato Augusti qđ misterio non caruit. q'a ille nascitur ī mundo qui electos ascribere uenit in eternitate. ut dicit gg.

De principatu Romanorum sic dicit Ciceio in libro de offitijs. Certum est fuisse tempus aliqđ quo sine regibus uiuebatur. At postq' uir gentiū possessiones cepit diuidi non alia de causa reges instituti sunt nisi iustitie fruende. Nam cū premet' initio multitudo ab hijs qui maiores opes habebant ad uniū aliquē uiru' confugiebant uirtute prestantem qui prohiberet iniuriari tenuioribꝰ equitate constituendo summos cū infimis pari iure permoreret. Cumq; adhuc regnantibꝰ regibꝰ debiliores non nūq' deprimerentur leges constituere placuit que ad iudicandū non odio aut gr'a ducerentur sed tales in propinquales potenti prestarent aures. Quod fit ut leges non solū p'plm' sed & rege' quoq; obligare sciant. Et si rege' contēpnere leges rapere bona subditorū uiolare uirgines stuprare matronas uideamus. Nunquid illo summo alius sublimabitur qui & bene gubernare uiret et legibus obtemparet.

Hic fuit uir magnarū uirtutū pluri' q; pat' in subiectos sibi. Aiebat enim non nullis principibus plebem grauare cupientibus. Boni pastoris est tondere pecus non deglutire. Item cum suaderent sibi ut baiulos mutaret ait. Vidi quendam muscas cum uulneribus insidentes fugare. quē eger' inculpauit dicens. Quoniā uenture sunt sitibunde ut fugat' iste tantum quia plene sunt locum occupabūt quasi diceret. Consultus est ut completes remaneamus q' illis amotis denuo ditare tennes cogamur. O magnum prudentissimi uiri consilium. Taliter quidā fraudulenti solent insidiari principibꝰ ut eorū p'plm contra eos prouocent. quo facto sciant quoniā necessarij sunt eis. Cogentes deinceps eos scđe ta principes q' populū sicut uolunt suis astutijs magis magisq; inuoluentes. Maxima prudentia principū est ut se taliter regat ne plebibus odiosi fiant. omnesq; contrariū suadentes abicere statim debent. ut famam suam dilatent q' caritate diligant. Hoc paganorū & christianorū iurorū consilium semper fuit. Hic idē Tiberius bene de xpisto sentire cepit. ipsumq; pro deo coluit. Dicunt quidā q' tandem credulis factus sit. Oт' potētes. Sed si hoc uerū sit quis scit quid ī iudicio actum sit. Magnum utiq; pietatis argumentū fuit q' subiectis & pauperibus semper gratiosus extitit. Pacē etiam habuit cunctis diebꝰ uite sue. omnes xpisti & christianorum contradictores sine ulla miseratione deleuit. Pilatū exilio dampnauit. Moritur tandem cū ingenti gaudio multorū. sed peior successit.

Tiberius an. xxiij. priuignus octauiani & adoptiue fili'.

Procuratores iudee.

Archelaus an. ix.	Cōponius	Marcus	Annius rufus	Valerius graccus	Pontius pilatus
Iste fuit filius herodis sub quo dn's rediit ex egipto	Iste loco Archelay substitutus est	Sub isto moritur salome soror herodis	Augustus moritur sub tpr' huius	Iste pilatū uendidit pontificatū qui plus dedit ille optinuit et sic plures ī breui fuerunt	Sub hoc Johannes cepit predicare et dn's passus est. quem ipse ob timorem cesaris iniuste dampnauit ad mortem christus. Ideo post miserabiliter periit se occidendo. De eius funere mirabilia narrantur.

Historia eu'a omnium scripturarū scissima hic texitur.

An° mundi: 1200 · 1211 · 1229 · 1232

Hic incipit sexta et ultima mundi etas. que durabit usque ad finem mundi habens annos q't nouit deus.

Xpistus dn's ex maria uirgine nascitur. Anno mundi . 1200 . incohante.

Xp's nascit'

Ihesus xp's annorū xij. ī templo doctores audit.

Ihesus xp's dn's noster ī Iordane baptizatus est.

Ihs xp's omnium dn's pro suis moritur. anno. xxxiij. men. iij.

An° xpi: I · 12 · 30 · 33

Natus est circa hec tempora dn's noster de uirgine pura nono ordine de quo sedm' prophetica promissa & hec est plenitudo temporis de quo Ap'ls dicit. Quando misit deus filiū suū in mundū. Ob quod incipit hic sexta etas mundi cuius finē solus deus nouit. Et dicit Aug' q' hec etas dr' senectus que sepe extendi diu ultra oēs precedentes etates quia plerūq; homo uiuit etiā usq; ad centū xx. annos. & notū est q' sexagenarios senes uocamus. Unde fatuū est uelle determinare quantitatem eius. Plures enim hoc attemptauerunt. qui omnes fuere decepti sicut probat doctor sanctus.

Era xpistianorū principalissima omniūq; eraru' notissima. Ipse est annus imperii Octauiani. xlij. Olimpiadis. c. xciij. & sedm' bedā annus mundi. v.m. cxcix. Completus undecimus. Unū tolle datū ad milia quinq; ducenta. Nascenti domino beda dat a prothoplausto. Item ante hesum dno' minus uno milia quinq; & hic tamq' probabilior modo ab ecclesia seruatur.


Nota. Nihil repetitur de infantia saluatoris et operibus eius usq; ad baptismū iohannis apud euangelistas nisi q' duodenis remansit in templo audiens doctores. hoc at quod dr' et erat subditus tamq' granū salutare multipliciter tenetur a doctoribꝰ deuotisq; personis usq; hodie conantes persuadere que fuerint conuersatio xpi ī illis. xij. annis. Ille at liber qui de infantia saluatoris intitulatur. q'a iā dudū itē apocrifa deputatus est nil auctoritatis affert. nec uerisile est q' talia diuina opera a gloriosa miracula pueriliter inter pueros fecerit. adeo in tpe' debito potuit fac'eda. etiā a matre sua benedicta ī domini sibi. & ap'lis dixit. nondū uenit hora mea. & nō sū' missus nisi ad israel. zc'. Omnibꝰ igitur credere & nulli credere eque uitiosum est.

Circa hec tpr'a grande spectaculū mundo innotuit a seculo nō auditū. Reuelatio uidelicet aperta beatissime trinitatis. pat' in uoce. filius ī carne. spūs scūs in columbe specie. Et hic inquirit' nobis uerus xp's saluator in lege promissus qui est uia ueritas & uita & p'r quē non ē salus. hic iam texitur hystoria trium annorū doctrine ipsius salutifere cum miraculis plurimis & gloriosis qualia nunq' uisa sunt.

In anno. xxxiiij. xpisti multa mirabilia facta fuerunt. Nā die passionis terra tremuit. Petre scisse sunt. Sol obscuratus est zc' ut patet in euangelio. Die pasche dn's resurrexit cum multis. Deinde post dies. xl. gloriose ī celū ascendit cum preda magna. In die penthecostes uenit spiritus sanctus super apostolos zc'. Hec omnia salutis nostre eterne sūt sacramēta. In quibus deuote mētes conciliamam inueniunt refectionem. Beatus qui uersatur ī his quā fructum percipiet sempiternum.

Johannes baptista sanctissimus ab herode decollatur. quia arguit eum propter adulteriū. Iste fuit herodes antipa tetrarcha galileus qui propter hoc carnem et temporaliter et eternaliter est priuatus cū herodiade.

Sancta mater ecclesia conparatur civitati de qua gloriosa dicta sunt ut dicitur in ps. 86. Quod gloriosius ea esse poterit quam glorificavit tota simul beata trinitas quam defendit divina maiestas quam illustrat divina claritas quam regit divina bonitas cuius caput christus ihesus verus deus et homo cuius cives omnes electi sunt cuius ministri angeli illi beatissimi spiritus excubantes supra muros eius die ac nocte. Hec est quam edificavit unigenitus dei supra firmam petram nec porte inferi prevalebunt adversus eam. Hec est syon illa dilecta cuius portas diligit dominus super omnia tabernacula iacob. Hec est sponsa illa immaculata non habens maculam neque rugam quam non sibi desponsavit auro sed pretioso sanguine subarravit dominus. Hec est mater pulchre dilectionis et agnitionis et sancte spei que filios generat in eternum regnaturos. Hanc prefiguraverunt patriarche hanc predixerunt prophete hanc simul omnis illa veteris testamenti laboriosa servitus et observantia dominum recognoscit. Et quid mirum. Celum terra mareque cum omnibus que in eis sunt Nonne huic famulantur misterio. Gloriosa dicta sunt de te o civitas dei. Beata tu israhel quis similis tui qui salvaris in domino. Negabunt te inimici tui et tu eorum colla calcabis. Pro patribus tuis nascentur tibi filii nec deficies in sempiterna secula benedic domine fortitudini eius et opera manuum eius suscipe. Percute dorsa inimicorum eius et qui oderunt eam non consurgant. Deus virtutum converte respice de celo et vide et visita vineam istam et perfice eam quam plantavit dextera tua. Fiat manus tua super virum dextere tue et super filium hominis quem confirmasti tibi ihesum christum dominum nostrum qui tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus in omnia secula benedictus Amen.



Ihesus christus verus deus et verus homo unica proles intemerate ac perpetue virginis marie secundum humanitatem descendens de semine Abraham per lineam regalem et sacerdotalem sponsus unicus et caput immediatum sancte universalis ecclesie verus rex regum et dominus dominantium eternus pontifex et iudex vivorum et mortuorum .xxxiii. annis et mensibus .iii. peregrinari dignatus est in hac lacrimarum valle docens primum opere viam vite et post eam verbo ut euangelista testatur. Cum autem esset annorum .xxx. a summo patre omnium deo baptizatus iam in iordanis flumine unctus fuit nobis in primum et summum pontificem a iam nostrarum per spiritum sanctum qui corporali specie tamquam columba in ipsum descendens testimonium sibi perhibuit quoniam ipse est vere salvator mundi iuxta vaticinium ysaye prophete sancti. Hic elegit discipulos .lxxii. quos misit ante faciem suam et .xii. apostolos quos misit in orbem universum ad predicandum euangelium. Nec amplius quam hos duos ordines inter discipulos domini esse cognovimus quorum formam nunc in ecclesia tenent presbiteri et episcopi. Nam apostolis succedunt episcopi et .lxxii. discipulis presbiteri quibus duobus ordinibus tota ecclesia commissa est tamquam ierarchis ut patet in decreto damasi pape quod habetur .lxviii. dis. c. corepiscopi. Tandem pius dominus propter suos moritur acerbissima passione consummatus omnium nostrum caput et ipse martir. Postque autem a mortuis resurrexit in celum ascendit et spiritum sanctum misit. Et tunc primum cultus christianitatis nominis incepit qui usque in finem durabit.

Iste Gaius nepos tiberii erat secundum carnem sed non moribus quia totus pius fuit. Ait utinam populus romanus unam cervicem haberet. Conquestus est etiam sepe quod tempora sua pacifica fuerunt bella insuper libenter habuisset quorum occasionem quesivit. Tandem a suis occiditur consilio senatorum cum magno gaudio universorum et senatus ad imperium intebatur regimen sicut ante sed non prevaluit.

Iste Claudius distans a suo fuit totus obliviosus gulosusque bellandi occasionem libenter habuisset sed tamen parum pugnavit et facile quosdam paucos hostes superavit. Tandem cum xxxv senatores occidisset cum trecentis equitibus pro minimis causis veneno mortuus est.

Seneca stoicus clarus habetur magister Neronis a quo post coactus est seipsum occidere.

Persius poete

Iuvenalis

Lucanus hic fuit patruus Senece.

Symon magus multas superstitiones Rome exercuit et quia simile applaudet suo simili ideo pessimus Nero spreto consilio Senece viri doctissimi hunc pestiferum sibi sociavit. Tandem usque post infinita scelera in baratrum damnationis eterne turpissima morte descendit.

Iste Nero omnium hominum sceleratissimus adeo fuit ut nomen eius usque hodie pro aliquo pessimo poni soleat. Et quia contra optimam Christi legem primam suscitavit persecutionem merito antichristi figuram tenuisse describitur. Et tandem a senatu hostis pronunciatus cum turpissime fugeret seipsum occidit. Et letata est Roma quasi victoriam optimuisset contra aliquem pessimum inimicum. Nero an. xiii. me. vii. Ultoribusque senestibus insignes epulati sunt.

Imperatores — Gaius an. iii. me. x. — Claudius an. xiii. mens. vii.

Hystoria actuum apostolorum hic texitur.

Spiritus sanctus venit super apostolos in linguis igneis. Et hic ortum cultusque christiani nominis scilicet in die penthecostes secundum Augustinum.

Stephanus lapidatur et prothomartir inclitus domino consecratur.

Saulus prosternitur et paulus conversus predicator erigitur qui habundantius omnibus laboravit.

Philo disertissimus cuius libri inter ecclesiasticos computantur clarus habetur natione iudeus.

Iacobus maior apostolus martirio coronatur ab herode Agrippa et petrus incarceratur ut patet actuum xii. Corpus autem beati Iacobi miraculose transfertur in hyspaniam ubi est sedes patriarchalis post sedem quasi a sinistris respectu Rome.

Helena regina abiogenorum conversa ad fidem sustentavit pauperes christi fideles in iherusalem tempore famis sub Claudio.

Petronilla filia sancti petri virgo sacra fuit.

Iudea et iherusalem gravissimis persecutionibus intestinisque bellis attrita est propter peccatum illud maximum quod in filium dei commiserunt. Item circa hec tempora in foribus templi ipso festo paschali xxx milia necati sunt et contumelie perduravit dissensio donec penitus delerentur barrabam enim petierunt et non ihesum mitem et humilem.

Assumptio marie virginis gloriose matris dei facta est xii annis elapsis post ascensionem christi secundum hieronimum.

Pax universalis totius orbis quam Romani habuerunt per annos fere lxx paucis bellis exceptis ac parvis circa hec tempora propter sevitiam Neronis turbata est et provincie quedam recesserunt ab obedientia romanorum quia fidem christi persequi cepit.

Persecutio prima ecclesie fit Rome iussu Neronis Imperatoris in qua beatissimi principes christiani populi sancti petrus et paulus martirio coronati sunt cum aliis pluribus.

Beatissimus christi martir Marcus euangelista martirio coronatur anno primo Neronis ut dicit philo. Sepelitur autem eius apud Alexandriam corpus ubi episcopus erat constitutus a beato Petro et sepulcrum ibidem miraculis claruit. Cui successit Anianus vir sanctus.

Anno mundi

4233 — 4262 — 4272

Petrus p. pp. fidelis. Prefuit an. xxxix. vel xxxvii.

Hec est series Romanorum Pontificum per quam fit supputatio annorum subsequentium cuius principalis era est ipsa benedicta Christi nativitas concurrentibus nichilominus annis mundi.

35 — 55 — 45

Anno Christi

Beatissimus petrus gloriosus apostolus christi ihesu prefuit ecclesie catholice secundum hieronimum annis xxxvii secundum bedam xxxix. Tenuit namque pontificatum in partibus orientis annis v secundum hieronimum secundum bedam vii. Deinde anthiochiam veniens sedit ibidem annis vii docens populum viam veritatis et symonem magum superavit. Insuper predicavit dispersis ex circumcisione fidelibus qui erant in ponto galatie Capadocia azia bithinia quibus postea de Roma tamquam per eum conversis direxit epistolam primam. Audiens autem symonem magum Romanos deluderes zelo fidei Romam adiit Anno scilicet quarto Claudii Cumque ibidem verbum dei predicaret Symonis malefitia detexit et multos ad fidem convertit. Discipulos etiam per diversas provincias misit per quos christiana fides gloriose dilatata est. Euangelium marci tamquam ex ore suo scriptum fide approbans fidelibus tradidit. Ieiunium quadragesimale instituit ante pascha et ante natale domini in ebdomadas et quatuor tempora instituit venerari ab omni populo christiano in memoriam primi et secundi adventus. Tandem post plura sanctitatis insignia cum iam in Romana sede annis xxv mensibus vii diebus viii sedisset martirio coronatur a Nerone. Alia eius opera plurima ac miracula stupenda vide in actibus apostolorum et in libro clementis atque in hystoriis tam scolastica bede quam aliis.

Paulus apostolus conversus predicator raptus sublimis qui euangelium non ab homine neque per hominem didicit sed per revelationem ihesu christi. Cum esset annorum fere xxvii vel circa acriter cepit ecclesiam persequi zelo iudaico sed mox a domino immutatur et factus est de lupo agnus de persecutore fidelissimus predicator. Anno autem xiiii conversionis sue apostolatum cum barnaba suscepit a spiritu sancto in gentibus ut dicitur actuum xxi. Anno xxvii iherusalem venit ubi capitur ut patet actuum xxi. Anno xxx Romam venit ut patet actuum ultimo. Anno xxxviii vel circa cum beato petro a Nerone martirium passus est. Hic inter sanctos tam in altitudine contemplationis quam fervore actionis prerogativam optinuit quia ultra perscrutatores clarus deum vidit et archana verba audivit que non licet homini loqui. Et tamquam totum mundum genuisset sollicitabatur omnem hominem introducere in regnum celorum. Quis sic cucurrit quis sic laboravit euangelium gratis ponens. Quis sic afflictus pressus plagis infinitis verberatus. Quis gloriari poterit ut diceret plus omnibus laboravi. Eius laudes Johannes Crisostimus describit.

Potentiana virgo

Praxedis virgo. Hee fuerunt sorores sanctorum Thimothei et novati

Constantia

Vitalis

Nasarius

Celsus

Processus

Martinianus

Prothasius

Gervasius

Torpes

Felix

Martialis episcopus lemonacensis

Sannianus episcopus zenonensis

Potentianus. Hii omnes discipuli sancti petri fuerunt martirizati sub Nerone tyranno et multi alii quorum nomina scripta sunt in libro vite

Flavius consul qui et clemens episcopus metensis patruus clementis

Memmius episcopus cathalanensis

Eucharius episcopus treverensis

Sinisius episcopus suessionensis

Domitianus subdiaconus a beato memmio a morte suscitatus.

Prodigia plura tunc fuerunt Iudeis ante excidium Iherusalem. Vide mirabilia in ecclesiastica hystoria.

Isti tres in diversis provinciis imperare cupientes in uno anno sese interfecerunt.

Iste Vespasianus mediocris parentele obscure natus, sed gloriose triumphavit. Nam sub Claudio et Nerone quoniam mittebatur digna laude patrabat. Tricesies enim cum hostibus conflixit. Periclitante autem respublica per discordiam precedentium imperator licet invitus creatus. Et rediit tranquillitas pristina. Pax insuper toto orbe pronuntiata est iuxta tempora Octaviani. Sed quod in fine vite Vespasianus accidit memoretur: tandem profluvio ventris stando dicebat enim, stando decet imperatorem e terris recedere. Eius virtutes multe sunt diligenter conscripte.

Meanter superbissimus nigromanticis discipulus Symonis magi Christum negavit et seipsum destinatum mundo asseruit. In Vandalia [?] ... multos de nostris perdidit, in quibus et ipse periit. Vide in hystoria ecclesiastica libro tertio.

Iste Domitianus frater Titi primo quidem clemens fuit et multa Rome construxit, scilicet palatium etc. Sed mox deferit et crudelissimus factus est ac superbissimus ita ut tamquam deus coli vellet. Senatores quos fecerat ... Tandem omnibus odiosus in pallatio suo occisus est et cum dedecore sepultus.

Imperatores — Galba, Otho, Vitellus — Vespasianus an. ix. me. x. d. xxii. — Titus (filius Vespasiani) an. iii. — Domitianus (frater Titi) an. xiiii.

Iosephus hystoriographorum notissimus Iudeus natione habetur, Iudee ... libri eius in multis locis initio scriptorum ac longitudine temporis corrupti sunt.

Iacobus minor apostolus Ierosolimorum episcopus a Iudeis occiditur anno sexto Neronis.

Petrus superato Symone mago et insidiatore mortuo iussu Neronis crucifixus est et in Vaticano sepultus ultimo anno Neronis.

Paulus gloriosus apostolus cum beato Petro eodem tempore sed non eodem loco capite plexus est ad aquas salvias in via hostiensi.

Iherusalem destruitur anno secundo Vespasiani a Tito filio eius. Interfecta xi^c milibus venditisque lxxx^m. Extunc defecit regnum Iudeorum nec olim erat ante tempus Antichristi. De hac historia ... [?] vide Iosephum. Nota propter hanc ultionem legitime factam dicunt doctores quod in toto mundo Christus pacem tribuit sicut in nativitate eius.

Apollinaris sanctus martir occisus est Ravenne ubi episcopus a beato Petro fuit missus. Cuius festum agitur xxiii Iulii. Et nota quod nec Vespasianus nec Titus quicquam contra ecclesiam fieri iusserunt, sed aliqui iudices inferiores persequebantur fideles pretextu priorum mandatorum.

Iste Titus fuit immense benignitatis et tantus amplificator maximus supra modum largus toto cordesius [?] feminas crebro revisitavit, pater simul ... virtutibus superans deliciae humani generis dici meruit. Mira dispensatio superni rectoris: nunc optimus, nunc pessimus, nunc pius, nunc prodigus, nunc sic, nunc aliter constitutus ad regimen orbis accedit [?], quorum abusus ... indicior ... valet. Moritur vero Titus anno tertio et tantus luctus in urbe fuit quod mortuos omnes pariter putares.

Pax universalis totius orbis iterum turbata est propter sevitiam Domitiani, eo quod Christi ecclesiam toto orbe persequeretur, insuper nationes Sedonis [?] opposuerunt. Vide hystoriam Cornelii Taciti.

Iohannes evangelista a Domitiano iussu Domitiani ab Epheso Romam cum sacrificare nollet positus in dolium ferventis olei. Sed nihil lesionis sensisset relegatus est in Pathmos insulam ubi Apocalipsim scripsit. Rediens autem Ephesum tempore Traiani in pace quievit.

Persecutio secunda ecclesie fit Rome iussu Domitiani. Iam enim prima cessaverat tempore Titi, in hac plures coronati sunt in diversis provinciis.

Anno mundi	4263	4273	4283

Pape — Linus (Ytalicus) an. x. me. iii. d. xiii. — Cletus (Romanus) an. xi. me. i. d. xi.

Anno Christi	60	70	80

Sanctissimus papa Linus tante perfectionis fuit ut ecclesiasticarum rerum dispensator adhuc beato Petro vivente meruerit ab eo constitui. Hic statuit ut mulier velato capite ecclesiam intraret. Tandem martirio coronatus sepelitur in Vaticano iuxta monumentum suum ac patrem beatum Petrum.

Tecla virgo sancta Pauli discipula.
Trophimus episcopus Arelatensis.
Titus episcopus Cretensis.
Onesimus episcopus Ephesiorum.
Crescens episcopus Galaten.
Epaphras episcopus Colacen.

Thomas Parthos in sorte accepit, martirizatur in India. Omnium orientalium apostolus.
Andreas qui et Scithiam accepit in sorte in Achaia martirizatur.
Symon et Iudas martirizati sunt in regionibus Persidis.
Matheus qui Ethiopes sortitus fuerat in Ethiopia martirizatur.
Bartholomeus qui Indiam accepit in sortem postquam predicavit Lycaonie et Antiquioribus [?] in Albano urbe maioris Armenie martirizatus est.
Philippus per Scithiam xx. annis predicans Ierapolim quievit in domino. In passionali dicitur quod fuit crucifixus. Solus ipse et Iohannes evangelista non sunt martirizati. Ceteri apostoli omnes fuerunt occisi.
Mathias in India vel Egipto coronatur. De tempore et loco et modo martirii eius diverse sunt sententie.
Barnabas coapostolus Pauli Cipris occiditur.
Lucas discipulus Pauli in Bithinia migravit ad dominum.
Titus diaconus Pauli discipulus apud Paphum quievit.
Evodius episcopus Anthiochie ibidem est martirizatus.
Sileas apud Macedoniam martirizatus est.

Iste Cletus natione Romanus de patre Emiliano. Papa Innocentius scripsisse in suis litteris salutem et apostolicam benedictionem. Ordinavit presbiteros xxv in Romana urbe mense decembri. Peregrinationes ad sanctos approbavit dicens quod validior est ad salutem sancti Petri visitatio quam diversorum morum ieiunium. Excommunicavit insuper qui huiusmodi visitationes impedirent aut dissuaderent. Tandem martirio coronatur sub Domitiano vi. kalendas mar. Sepultus in Vaticano.
Maria Magdalena et soror eius scilicet Martha migraverunt ad dominum in regionibus partibus Marsilie.
Lazarus earum frater episcopus Marsilien. et beatus Maximinus.
Maximinus episcopus Aquen.
Iulianus ... [?] presente nescitur occisus.
Aristarcus et Priscus martires.
Paulus episcopus Narbonen.
Saturninus episcopus Tholosanus.
Martialis episcopus Lemovicen.
Eutropius episcopus Aquitanien.
Austregisilus episcopus Bituricen.
Gatianus episcopus Turonen.
Georgius episcopus Vellaven.
Hyreneus episcopus Lugdunen.
Ferrucius episcopus Vesencion.
Eutropius episcopus Amasitanen.
Frontonius [?] episcopus Petragoricen.
Dionisius episcopus Parisien.
Hii venerabilissimi presules sortiti sunt regiones Francie a domino omnes sa[ncti]

Plutarchus nobilissimus philosophus claret, magister Traiani. Huic epistolam optimam scripsit. Marcus Agrippa prefectus urbis Persas devicit, ob quod Pantheon extructum est, id est templum omnium deorum iussu Sibille. Ipse etiam Agrippinam supra Renum construxit sive complevit, que antea fuit ab Agrippa condita, ipsa est Colonia.

Iste Traianus optimus dicitur fuisse inter omnes Augustos. Hic solum in eo culpatur quod zelo falsorum deorum Christi fidem extinguere nisus est, arbitrans se in hoc obsequium prestare Deo. Dicit glosa quod non per se sed per suos fideles persequebatur. Forte hoc ad ipsum venit, sicut constat quod aliquando ipsemet iussit quosdam tormentari et occidi. In fine mitigavit edictum ut non occiderentur nisi qui casu invenirentur aut se offerrent, sed parum hoc profuit, quia in Iudea plebs per huiusmodi nichil arctata fuit. Eius laudes pro nichilo duceret nisi sanctus Gregorius eius pietate commotus lacrimas fudisset et eum ab inferno liberasset. An autem salvatus sic an non usque hodie dubiosum est et grandis altercatio inter doctores. Iste idem Traianus apud Agrippinam Gallie insignia imperii indutus suscepit. Germaniam restituit. Orientales provincias Babiloniam et Seleuciam extreme magnitudinis seu famosas post Alexandrum possedit. In his omnibus adeo pius et humilis permansit ut omnibus gratus nulli gravius existeret, quod de paucis legitur.

<table><tr><td>

Nerva

an. uno me. iiii.

</td><td>

Hispanus

Traianus

an. xix.

</td><td>

Helius

Adrianus

an. xxi.

</td></tr></table>

Iudei devastant provincias multas et quasi amentes incredibili motu sub uno tempore per diversas mundi partes exarserunt, nullis parcentes civitates plures desolaverunt, nec tamen prevaluerunt ut regnum adipiscerentur, quia a principio per Traianum, deinde per Adrianum delecti sunt. Hic Christus ubique invocatur. Nunquam etiam Romani inpune persecuti sunt ecclesiam, sed nec unquam honore aut emolumento caruerunt quotiensunque fideles honoraverunt. De hoc plenius vide Orosium.

Secundus philosophus in silentio degit et ad interrogata Adriani scripto respondit.

Iste Nerva senex adoptavit Traianum in filium primoque edicto suo omnia forefacta Domitiani revocavit.

Cherisis [?] incolumi, quod in omni ... dicere omnia debere esse communia inter christianos.

Cherinthus heresiarcha surrexit, trapulosus [?] ac libidinosus, totus a quo dicta est heresis Cherinthiana. Hic legalia dicit observanda.

Hebion heresiarcha, a quo Hebionites heretici, qui dicunt Christum purum hominem fuisse et Pauli apostolum legis ...

Persecutio tertia ecclesie a Traiano exercetur, in qua tempore fuerunt infiniti, tandem cohibita fuit in vicem ... ... non tollitur.

Thimotheus episcopus Ephesiorum discipulus Pauli martirizatur ibi.

Dionisius Areopagita venerabilis presul luminis orbis martirio coronatur, sociallia ac Eleutherio et Rustico ubi fuerunt missi a beato Clemente.

Eutropius episcopus Zancton [?] martir.

Ranchinus [?] episcopus Meldensis cum Anthonio a morte suscitato discipulus Dionisii.

Taurinus episcopus Ebroicensis.

Famorinus [?] eius frater episcopus Camerarensis discipuli Dionisii.

Domicilla, Eufrosina, Theodora, Sulpitius, Servilianus — martires sub Traiano.

Ignatius doctor gloriosus episcopus Anthiochie discipulus Iohannis martirio coronatur nobilissimo anno CXI. Huius cor scissum inscriptum aureis litteris hoc dulce nomen Ihesus inventum est habuisse descriptum. Ait enim: certe amor meus crucifixus est. Beatam virginem in carne vidit, cuique epistolas scripsit in quibus sic habetur: Christifere Marie Ignatius. Et illa dulciter respondit scribens et Ignatio dilecto condiscipulo humilis ancilla Ihesu Christi etc. Veniam ad te.

Iste Adrianus in multis commendatur, christianis oratoriis extitit. Quosdam tamen nolentes sacrificare puniri iussit et occidi. Universalis quasi fuit in omni scientia. Pacem omni tempore habuit. Pater patrie dictus est. Leges multas edidit, prohibuit etiam ne christiani sine processu iudiciali dampnarentur. Iherusalem funditus destruxit et postea reinstauravit, omnino prohibens ne iudei introire vel inhabitare paterentur, sed christiani. Invitus ad imperium venit, sed optime rexit. Unde cum senatus obsecraret ut filium suum cesarem appellaret: Sufficere, inquit, debet ut ego invitus regnaverim, cum non meruerim. Principatus enim non debetur sanguini sed meritis, et inutiliter regnat qui rex nascitur et non meretur. Extrema dicens prius sunt virtutibus qui regnare debent, et si in eis profecerint, adeo quod possent illos virtutibus antecedere quos debent virtutibus anteire, imitari ascendat et se cunctis suorum votis non subtrahant.

Eustachius Placidus et Theospita eius uxor et duo filii eius Agapitus et Theospites, quorum in actibus legitur, circa hec tempora fuerunt, qui omnes iussu Adriani glorioso martirio post ... coronati sunt.

1293 — 1303 — 1313

<table><tr><td>

mar. t.

Clemens

an. ix. me. ii. d. x.

</td><td>Romanus de regione Celio monte ex patre Faustino</td><td>

martir

Anacletus

an. ix. me. ii.

</td><td>Grecus de regione Athenien. patre Antiocho</td><td>

Grecus mar.

Evaristus

</td><td>

mar. f.

Alexander

an. viii. me. v. d. ii.

</td><td>Romanus ex patre Alexandro de regione capite tauri</td></tr></table>

92 — 102 — 112

Sanctus Clemens primum a beato Petro ut dicitur ordinatus fuit sibi successor, sed propter periculum noluit ante se beatum Linum et Cletum pontificari, ne videlicet hoc exemplo prelati substitueret quos vellet. Hic fecit gesta martirum per regiones conscribi. Ipse etiam multos libros condidit. Statuit etiam ut cathedra episcopalis in eminentiori loco poneretur, et quod baptizatus prout citius poterit confirmetur. Tandem martirizatur sub Traiano submersus in mari, de cuius funere mira scripta sunt. Corpus eius tempore Nicolai primi repertum fuit et Rome translatum.

Dionisius Athemensis presbiter et martir discipulus Dionisii.

Caraunus martir Carnotensis predicator Romanus.

Lucianus Belvacensis predicator martir discipulus sancti Petri.

Regulus episcopus Atrebatensis.

Eudemius [?] Colotonum [?] martir.

Maxon martir.

Euchites martir.

Victorinus martir.

Anacletus beatissimus fideles monuit per epistolam ut presbiteri per omnibus honorarentur, dicens quod Deo sacrificantes non debent vexari sed portari atque ab omnibus venerari. Et presbiteri qui sacrificat testes secum habeat, maxime episcopus ut devote sacrificantem presentur. Item statuit ut clericus nec barbam nec comam nutriat. Ipse etiam memoriam beati Petri construxit, ordinavit etiam VII diaconos cardinales in urbe. Item quod episcopus debeat a tribus episcopis consecrari. Item quod ordinatio clericorum palam celebretur. Tandem XII anno Traiani martirio coronatur, sepultus in Vaticano apud corpus beati Petri.

Symon Cleophe filius fuit inde episcopus Iherosolimorum CXX annorum crucifixus est martir gloriosus.

Hic sanctus martir statuit ut episcopus a presbiteris non acciperetur, et VII diaconos ordinavit ut assisterent episcopo predicanti propter honorem verbi Dei, ne ab emulis detraheret episcopo quod false predicaverit. Item quod coniuges publice sponsam a presbiteris accipiant et a sacerdote benedicantur. Tandem martirizatur anno tertio Adriani. Sepultus apud corpus beati Petri.

Plinius secundus orator et philosophus multa scripsit. Qui mitigavit etiam Traianum ut retractaret sententiam latam contra christianos scribens ei quod nil mali facerent, sed virtutibus insisterent, Christum tamquam Deum ante lucem surgentes laudarent.

Iste Alexander maiore parte senatorum urbis convertit ad Dominum. Hic statuit aquam benedictam cum sale aspergi et domibus fidelium de consecratione dist. iii. Aquam. In canone addidit memoriam passionis, scilicet Qui pridie quam pateretur etc. Item ut vinum sit mixtum cum aqua in calice propter representandam unionem Christi et ecclesie, de consecratione dist. ii. c. i. Et ut oblatio fieret de azima in modica quantitate. Tandem martirizatur sub Adriano cum multis quos ad fidem converterat. Sepultus in via Numentana, postea translatus ad ecclesiam sancte Sabine.

Focas martir passus est. Ultio tamen cui spiritu prophetico dixit: Traiane, peior ad ulteriores abissi tenebras et ad preparata tibi tormenta festina, ubi nocte perpetua et seno es exurendus incendio. Triduo hac in luce versaberis, quo emenso calligo te mortis excipiet. Nec enim inpunitus innocentium sanguis diutius esse potest. Et Traianus die tertia expiravit ventris profluvio.

Iherusalem restauratur per Adrianum et nomine eius helya vocata est atque amplificata ita ut locus passionis esset intra muros qui prius extra fuit et hec est tercia restauratio quia ter destructa fuit scilicet a caldeis tempore Sedechie. Ab anthiocho tempore machabeorum et a tito tempore vespasiani

Galienus maximus medicus pergamenus ... interpres sponcatis Rome claruit.

Pompeius trogus natione hyspanus hystorias tocius orbis a nino usque ad octauianum deduxit.

Iustinus phylosophus discipulus eius libros suos abbreuiauit. Hic eciam librum de xpistiana religione composuit quem anthonio tradidit et benignum xpistianis ...

Ptolomeus vir mirabilis in mathematicis omnium astronomorum precipuus plus addidit quam ante se inuentum reperit et planisphera scripsit.

Taurus nobilissimus phylosophus atheniensis claruit. Hic ait in publico mores populi ipsi nate nature iris gentiumque seruetur.

Decem milia martirum cruciflxi sunt in armenia in monte arrath quorum festum celebre colitur x kalendas julij cum magna deuotione quia multa optinuit cuntis cultoribus.

Aquila genere ponticus orator floret qui secundus interpres mosaice legis fuit. Primo enim fuerunt lxx de hebraico in grecum transferentes. Secundo iste de greco in latinum primus interpres fuit.

Peregrinus episcopus anthiodorensis martir.

Serapia virgo martir.

Sabina martir et nobilis vidua.

Faustinus martir.

Iobita martir.

Colocerus martir.

Maria virgo martir et plures credidere.

Sophia nobilis matrona cum hijs tribus filiabus suis martirio coronata est.

Fides

Spes

Caritas

Imperatores

Quadratus episcopus atheniensis discipulus apostolorum et

Aristides phylosophus apologeticum pro xpistianis fecerunt quod videns traianus placatus est.

Hermes martir prefectus urbis.

Quirinus martir tribunus.

Theodolus martir et diaconus.

Euentius martir presbiter.

Anthonius pius an. xxij.

Iste Anthonius gener Adriani fuit et filius adoptiuus vir utique pacatissimus et natura benignus quod non facile in ullo homine reperitur. Ad ipsum multe prouincie que ab aliis imperatoribus recesserant voluntarie redibant quia vere pater patrie fuit. Omnibus carus nulli acerbus fidelibus clementissimus erat unde et pius dictus est et ab eo sequentes Imperatores appellati sunt pij. Ait enim malo saluare unum ciuem seruare quam mille hostes occidere. Quod autem aliqui martires sub eo coronati sunt non ex suo sed priorum mandato processit. Tanta siquidem crudelitate terrene potestates in iudicia plebem commouerant ut nec summi Imperatores poterant eam sedare ad plenum ita exosum fuit xpistianum nomen apud ydolatras maxime apud pontifices et sacerdotes templorum qui principes et populum prouocabant aduersus eos de xpisti fidelis quia uiderunt quod status et questus diminuebatur quotidie et ad decepcionem eorum ueniunt inuentus falsitas eorum quia xpistiani dicebant quod ydoli fuerunt omnes dij demones essent a quibus tota simul ciuitas sperabat temporalem simul et eternam felicitatem. Ideo non est mirum quod etiam pacato principe adhuc infestiores persequerentur xpistianos tamquam blasphemos.

Valentinus hereticus dixit xpistum celeste corpus attulisse.

Cerdo hereticus hic fuit magister marcionis.

Marcion hereticus quem Policarpus dixit esse primogenitum diaboli.

Anno mundi

5323	5333	5343
Sixtus mr. i. an. x. me. iij. d. xxi. Romanus ex pastore patre de regione via lata	**Thelesphorus** mr. an. xi. me. iij. d. xxij. Romanus ex anachoreta	**Iginius** an. iiij. me. iij. d. viij. grecus de atheniis pe phylosopho
124	134	144

Pape

Anno xpisti

Iste Sixtus statuit ut diceretur Sanctus sanctus sanctus etc. Et quod misteria sacra non tangerentur nisi a ministris deo sedulis. Item ut corporale non fieret de serico sed ex purissimo lineo texto et non tincto. Et ut mulier sacra vasa altaris et pallas non tangeret. Item ut quicumque episcopus vocatus ad sedem apostolicam rediens ad ecclesiam suam non susciperetur nisi cum litteris apostolicis. Item ut missa non nisi super altare celebretur. Ipse etiam misit Peregrinum episcopum genere Romanum cum aliis fidelibus in galliam. Tandem martirio coronatur extra portam domine quo vadis. Sepultus in vaticano.

Iste Thelesphorus statuit cantari ympnum angelicum scilicet gloria in excelsis et euangelium ante sacrificium. Et in natali domini cantari tres missas propter multas causas. Item quod clerici ieiunare debent per septem ebdomadas plenas quia sicut debet esse discreta vita clericorum a conuersatione laicorum sic etiam ieiunium. Tandem martirio coronatur. Sepultus apud sanctum petrum in vaticano. Etiam statuit ut nullus missam ante terciam presumat canere.

Iste Iginius clerum composuit et distribuit gradus et distinxit et ut patrinus et patrina infantem susciperet in baptismo confirmatione et cathecismo. Scripsit etiam unam epistolam generalem omnibus fidelibus de uno et trino deo. Item quod nullus episcopus metropolitanus excepto Romano pontifice audeat suffraganum suum condempnare nisi causa in consilio prouinciali suorum episcoporum fuerit ventilata. Tandem martirio coronatus sepelitur in ecclesia sancti petri.

Policarpus episcopus ephesinus iohannis apostoli discipulus Romam veniens plures ab heretica labe revocavit Magnus labor sanctorum et fortis tristitia tunc erat quia foris martialis gladius intus serpentinus fraus errorum ecclesiam corrumpit. Et hec duplex persecutio diu duravit. Sed cum cessavit gladius hereticorum tamen persecutio magis ac magis inualescebat. Tandem idem iam senex martirio coronatus fuit sub anthonino vero cum aliis .xii. ex philadelphia

Hermes doctor fidei plura scripsit cui etiam angelus apparuit dicens quod pascha dominico die celebrari debeat. Post martirizatur.

Papias iohannis auditor ierapolitanus episcopus claruit fecit librum explanationum sermonum domini

Persecutio quarta ecclesie fit iussu Anthonini veri in qua innumerabiles utriusque sexus homines coronati fuerunt. Sed non impune. Lues enim magna et pestilentia secuta est per totam ytaliam et reliquas provincias bella terremotus inundationes fluminum agmina locustarum. Itemque exercitus romanus ubique consumptus est

Bellum marcomanicum ut dicit Orosius gravissimum fuit quia barbare nationes exercitum eius ad tantam angustiam in quo amicte dederunt sed militibus quibusdam christianis clamantibus christi adiutoria nos illico fulgura terruerunt barbaros ita ut fugerent Ob quod christianum nomen celebrare facti sunt. Imperator vero non sibi sed christo victoriam tribuit :-

Iste Comodus filius Anthonini veri totus infamis et lubricus fuit adeoque immodus ut simulacrum humani generis diceret. Interfecit quamplurimos senatores maxime quos aduertit nobilitate industriaque excellere. Tante fuit superbie atque iactantie ut sepe leonis pelle induens ostenderet se Herculem esse. Bonum finis leo bestiarum :-

an. xix.
Marcus Anthonius verus lucius aurelius

Isti duo imperium sumpserunt post anthoninum pium & et tunc bini imperare ceperunt. Sed lucio mortuo Anthoninus solus imperium tenuit qui bonus et victoriosus fuisse describitur nisi quod christianis quartam persecutionem iussit inferri. Dicitur quod tante severitatis et constantie fuit ut ad nullum eventum umquam vultum mutaverit sive ex letitia sive ex merore ex quo dum adhuc puer esset. Tante fuit humanitatis ut quadam vice cum exhausto erario nil haberet quod militibus daret nil volens esse molestus elegit vasa aurea et ornamenta uxoris aliaque supellectilia vendere quam senatum vel provincias gravare sed victoria habita et illa receperant et provinciis tributa relexavit.

an. xiii.
Comodus aurelius
cum lucio anthonio

Prima pax ecclesie data est sed non diu stetit.
Theodotion tertius divine legis interpres
Theophilus episcopus anthiochie
Appollinaris episcopus ierapolitanus
Narcissus patriarcha ierosolimorum
Dionisius episcopus Corinthiorum
Philippus episcopus cretensis
Cataphriges heretici exorti sunt dicunt se solum modo habere spiritum sanctum nec apostolis nec aliis datum. De figura fuit Montanus prisca et maximilla auctores fuerunt

Iustinus philosophus ad fidem conversus multa scripsit contra hereticos et martirizatur.
Iustus episcopus viennensis martirizatus est
Fotinus lugdunensis episcopus cum multis aliis martirio coronatus
Alexander medicus et
Ponticus puer martires
Felicitas cum septem filiis passa est mirabile spectaculum sicut olim septem machabei cum matre fidelissima
Pontianus gloriosus martir
Aurellius puer martir
Simmiacus puer martir cum aliis .xxii.
Nonatus / Praxedis | martir oratione fusa quievit in domino post longissimos labores

Victor miles et
Hermaxor eius martires
Concordius subdiaconus martir
Marcellus martir
Valerianus martir
Gaius martir
Egesippus quinque libros fecit de historiis apostolorum et martirum usque ad tempus suum
Attalus de pergamo fundamentum ecclesie martir
Blandina sanctissima mulier passa est

4343 — mr. i. **Pius** an. x. men. iiii. d. xxi. — de civitate aquileya ex patre Rufino — 142

4363 — martir **Anicetus** an. ix. men. iiii. d. iiii. — Sirus ex patre Johanne de vico mura — 162

4373 — mr. **Sother** an. ix. men. iii. d. xxi. — Campanus ex patre concordio de civitate fundana — 172

Hic statuit penas contra negligentias que accidere possunt circa sanguinem christi ut patet de consecratione dist. ii. c. si per negligentiam. Item quod festum pasche semper dominico die celebretur. Item quod hereticus veniens de iudeorum heresi recipi debeat & baptizari. Hic fecit ordinationes quinque. Tandem martirio coronatur et sepelitur apud sanctum petrum in vaticano :-

Hic anicetus plures canones condidit qui in decretis in diversis locis habentur sicut et aliorum sanctorum patrum qui sanguinem suum pro testamento dederunt. Ob quod sancti canones dicti sunt quia primum ab apostolis deinde a martiribus et ceteris sanctis doctoribus quiles pene omnes prelati in primitiva ecclesia fuerunt et a sanctis consiliis instituti sunt. Qui autem eos temerarie reprehendunt in spiritum sanctum blasphemare perhibentur ut in c. violatores .xxv. q. p.a Cum ulta statuit iste sanctus de statu episcoporum ac consecratione. Tandem martirio coronatur sub anthonino sepultus in via appia in cimiterio sancti calixti

Iste statuit ut monacha velum portaret sed pallas sacras non tangeret nec incensum poneret in ecclesia et quia multa pericula solebant contra matrimonium contingere ideo constituit quod legitima non habeatur uxor nisi per sacerdotem fuerit benedicta et a parentibus solempniter tradita ac a paranimphis custodita. Tandem post sanctam vitam sanctiori morte migravit ad dominum coronatus martirio et sepelitur cum fidelibus in vaticano in ecclesia sancti petri. Et cessavit episcopatus diebus .xxii.

Iste helius vir grandeuus minimus accepit principatum numquam accepit munera numquam ad uissendum seductus est. Sexto mense in terremptus est a Juliano ambiente imperium.

Iste Seuerus qui post desiderium imperium adeptus tria multa bella gessit. Primo namque Juliani inuasoris imperii expugnatorem occidit Rome. Secundo contra piscennium in Syria. Tertio in gallia contra albinum socium Juliani cum multo utrimque partis sanguine bellauit et vicit. Hic natione afer seuus multis semper bellis lacessitus fortissime quidem rempublicam rexit sed laboriose rexit. Parthos arabes adiebenos iudeos et samaritas superauit multaque toto orbe romano imperio recuperauit. In studiis ciuilibus et philosophia clarus fuit. Qui tamen persecutionem in christianos suscitans multa infortunia passus est. In britannia post grauia prelia firmissimum uallum muniuit .CXXXII. passuum cum turribus crebris et a mari usque ad mare perduxit ibique apud eboracum oppidum morbo obiit.

Imperatores

Helius Pertinax m. vi. Seuerus an. xviii.

Philippus iam prefectus alexandrie post episcopus alexandrinus primus filia. Eugenia et eunuchi eius. Prothus et Jacinctus de quibus mirabilis habetur hystoria. Tertullianus affricanus in ecclesia insignis habetur.

Persecutio quinta ecclesie fit iussu Seueri quam illico diuina subsecuta est ultio propter ciuilia bella in quibus Romani nimis attriti fuerunt.

Symmachus quartus interpres diuine legis. Clemens alexandrinus philosophus. Panthenus storicus affricanus hystoricus. Alexander narasci fuit auctor magister origenis.

Lucius rex britannie que post dicta est anglia ad fidem cum populo suo conuertitur et baptizati sunt a duobus religiosis uiris quos ei misit Eleutherius papa qui dicebantur fuganus et damianus.

Leonides pater origenis pro christo decollatur et martyr efficitur. Origenes autem .xvii. annorum se cum patre martyrio optulit sed pia matris fraude impeditus totum patrimonium perdidit eo quod christianus esset. Ipse autem docendo scolares gramaticam matrem et septem fratres secum de precio pascebat.

Nota hic diligenter secundum sanctos doctores imperium sepius contra ecclesiam fortiter egit sed numquam prudenter. Veniunt enim simul tota cohors sapientum dicat nobile uincendi genus esse pacientiam. Patet quod ecclesia per pacientiam nobiliter imperium sibi subegit. Hoc siquidem tempore imperatores dixerunt: Nolumus ut precipiatur nobis nisi nos omnibus precipere habeamus doctores omnibus hominibus soli Romani predicamur. Postea sine gladio autem fuste cum longanimiter sustinet ecclesia ad hoc deuentum est ut maiestas Romani imperii solempniter ac humiliter profiteretur quod imperiales leges non dedignantur sacris canonibus obedire. Hec est mutatio dextre excelsi. Igitur si uincere uis discepanti signum perfecte prudentie est imprudentem ac insufficientem se estimare. Ipsa enim temporalium rerum continua mutabilitas omnem humanam prudentiam deridere solet.

Hyreneus lugdunensis episcopus cum magna multitudine cleri et populi martirio coronatur. Andeolus subdiaconus discipulus policarpi martirizatur.

Arthemonis hereticus dixit christum esse purum hominem et absque deo. Plures habuit qui hanc heresim tenuerunt.

Anno mundi: 4383 · 4393 · 4403

Pape

Eleutherius m. an. xv. me. vi. Grecus ex patre habundo de oppido Nicopoli.

Victor m. p. an. x. me. ii. d. xii. Afer ex patre felice.

Zepherinus m. an. ix. me. vi. d. x. Romanus ex patre habundo.

Anno christi: 180 · 190 · 200

Iste Eleutherius iuxta ordinationem apostolorum constituit ut nulla esca usualis a christianis repudiaretur a christianis que rationabilis esset et humana. Item quod nullus a suo gradu deiceretur nisi prius legitimo accusatus conuinceretur exemplo domini qui iudam non accusatum sustinuit et quicquid inter apostolos egit ratum permansit. Item ut absente eo nullius causa uentilatur sed eciam militaribus proferatur. Misit etiam legatos lucio regi britonum qui ipsum cum populo suo baptizauerunt. Tandem martirio coronatus sepelitur in vaticano apud sanctum petrum.

Iste Victor propter dissensionem de tempore paschali celebrauit concilium in alexandria palestine cui ipse interfuit et Narcissus et Theophilus et hyreneus uiri sancti ubi statutum est quod semper die dominico pascha celebrari deberet obseruata luna .xiiii. aprilis usque ad .xxi. quia tantus uel circa est saltus lune et postea reditus ne in dogare uideatur ecclesia. Plures tunc episcopi asie et orientis cum iudeis pascha celebrabant. Item statuit quod exigente necessitate ubique et in omni aqua naturali possit conferri baptismus. Tandem martirio coronatur sepultus apud sanctum petrum in uaticano.

Iste statuit ut omnes christiani .xii. annorum in die pasche sacramentum eucaristie acciperent in publico. Et ut omnia vasa altaris uitrea essent uel stagnea non lignea sicut antiquitus fiebat consecratio preciosi sanguinis in ligneis uasis unde dictum est tunc fuerunt de ecclesie quia uitrea post prohibita sunt ut patet de consecratione dis. i. c. uasa et multa alia statuit salubria. Tandem martirio coronatus sepelitur in pace christi.

Iste Anthonius precaspe nor extitit libidinis impacientissimus ita ut no vercam suam duceret in uxorem. Papinianum iurisconsultum et doctorem legalis thesauri occidit et sicut fecit factum est illi quia ab hostibus circumventus occisus est pessimus ipse cum grandi omni Marti

Iste alexander habuit matrem xpistianam nomine Mameam cum qua origenes peritum audiverat. Hic fuit iuvenis virtuosissimus qui rem publicam salubriter gubernavit consilio Ulpiani viri qui fuit legalis sciencie princeps. Xersen regem Persarum maximo bello oppressit. Corpus sancti Thome apostoli fecit transferri de India ad Syriam et venit ad Edissam civitatem Abagari in qua littera scripta habebatur de manu salvatoris. Tandem etiam iste alexander tumultu militari occiditur apud Maguntiacum.

Sexta persecucio ecclesie facta est iussu Maximini sed non evasit ipse Maximinus quia statim interfectus fuit propter persequi xpistianos recepit. Hic precipue contra prelatos et clerum fuit.

Iste Maximinus nulla senatus voluntate imperator factus ab exercitu de insultu Germanis et pretus ... anno occ

Iste Gordianus adhuc puer devictis Parthis a suis fraude interfectus est.

kassianus

Anthonius Caracalla an. vii.

Leoni

an. i.

Macrinus Anthonius Aurelius an. iii.

Alexander Mamee an. xiii.

Felix martir

Calopedius

Asterius martir

Primatus martir

Anchinus martir

Iuliana

Ennias

Iulia

Cristina

Barbara

martires

Maximinus an. iii.

Gordianus an. vi.

Iste Macrinus cum filio suo Diadumeno invasit imperium et militari tumultu occiditur.

Iste anthonius obscenissime vixit cum matre occisus tumultu militum sicut Macrinus.

Origenes doctor egregius ac vite sancta et in scriptis clarissimus habetur in ecclesia dei. De hoc pene extrema semper reprimenda scripta quidam dicunt eum optimum quidam pessimum fuisse. Supra modum mirum est quod viri ornatissime auctoritatis ac sancte vite ita contradictione de ipso senserint. Vide in historia scolastica libro vi° et alibi. Concordiam super hiis reperire non potui. An autem salvatus sit an non domino cognitum relinquimus. Grandis laboribus admissis traditur de Sampsone Salomone Traiano et isto Origene an videlicet salvati sint an non. Quod quia sine periculo nescimus nec ecclesia certificata est de hiis domino totaliter committenda sunt.

Quinta edicio reperta est hoc tempore in Iherico cuius auctor ignoratur ideo dicitur vulgata

Tiburtius

Valerianus

Cecilia

Maximus

Palmatius martir cum uxore et familia

martires

Mirum spectaculum et cetera habet ista tempora fuit videre de duplici genere martirum scilicet xpisti et demonum. Ex parte xpisti fuerunt sancti pape et alii prelati cum fidelibus subditis suis qui pro xpistiana religione trucidabantur id est fide sancta. Martires diaboli fuerunt imperatores et ceteri principes cum militibus suis qui pro re publica et demonum cultura se et suos interficiebant ut regnare possent. Par pena sed dispar causa. Non minus esse debet quod xpistus habeat martires verum martires diaboli et minori quotidie inveniuntur et in magno numero xpistiani autem non sic quot hodie pro mundi pompa carnis delitiis terrenis divitiis libenter agonizant et tandem nemine vocante voluntarie succumbunt. Sed xpistus nemini precepit ut fideles suos occideret licet ad breve tempus hoc fieri permisit. Unde qui non est glorianda sanctis martiribus nostris quasi aliquid dignum gesserint pro eterna gloria qui sic omni tempore iudeis ... ... vanos pro insania falsa. Vide Augustinum de civitate dei libro v° pulchre

4213 | 4223 | 4233

Calixtus martir i, an. v, me. ii, d. x. — Romanus ex patre Domitio

Urbanus martir primus, an. viii, me. xi, d. xxi. — Romanus ex patre Pontiano

Pontianus martir, an. v, me. ii, d. ii. — Romanus ex patre Calphurnio

Antheros grecus martir, an. iii, me. i, d. xv.

218 | 228 | 238

Iste Calixtus martir et cetera qui fecit viam cimiterium in via appia construxit ubi multa milia martirum sepulta sunt. Hoc iam dicitur cimiterium beati Calixti. Iste statuit quatuor tempora observari. Fecit ecclesiam beate Marie trans Tiberim. Iste celibatum primus sacerdotibus indixit. Tandem martirio coronatur sepultus in cimiterio suo.

Iste Urbanus genere nobilis ab infantia xpistianus multos ad fidem convertit. Omnia sacramentalia ministeria argentea fecit vel aurea. Tandem martirio coronatus sepelitur in sancta Cecilia. Predia cepit ecclesia possidere tempore huius de quibus clericis et notariis sumptus deputabat qui gesta martirum conscriberent. Antea vivebat more apostolico quod in actibus apostolorum scribitur.

Iste Pontianus ut dicitur statuit ut psalmi diei noctuque per omnes ecclesias cantarentur et ut ante celebrationem misse sacerdos confiteor premitteret. Hic in exilium missus in insulam Sardinie ibidem martirio coronatur. Sanctus Fabianus corpus eius transtulit Romam et sepelivit in cimiterio Calixti.

Iste Antheros constituit quod episcopi de sede in sedem possint transferri et ut gesta martirum inscriberentur. Tandem martirio coronatus sepelitur in cimiterio sancti Calixti. Nota in quibusdam hystoriis habetur quod Cirinus successit Pontiano immediate et papatum dimisit ut cum virginibus martirio coronaretur. Sed ratio temporis hoc non permittit ut patet in legenda undecim milium virginum.

Iste philip. xxiiii. ab augusto imperator creatus filium suum philippum consortem regni fecit. hii ambo xpistiani fuerunt et primus omnium imperatorum xpianorum hic caput est. post tria annis imperii sui ad gloriam xpi celebrauit. mille (?) muneribus ludis mille(simum) annum urbis conditae. Tandem fraude decii occidit(ur).

Septima persecutio ecclesie facta est iussu decii acerba sed non diuturna quia sicut decius prioribus sic et iste quia statim occisus fuit.

Iste decius post tyrannizauit imperium interfectis duobus philippis et inuasit eius et sicut fecit factum est illi quia cum filio suo occisus est.

Octaua persecutio ecclesie facta est iussu valeriani post quam grauissime plagati sunt Romani. Iam enim sub decio coeperat pestilentia fuit in omnibus mundi partibus quoniam edicta nepharia dispersa fuerant. Sed hec ultio grauior totum romanum imperium corrupit quoniam nedum tyrannes sed etiam consentientes deleuerunt. Nam undique bella sunt exorta et vastata transdanubium imperium auferebatur. Et videtur prima esse diminutio imperii quod non fuit recuperata.

Iste valerianus primum satis bellicosus fuit et victoriosus sed postquam xpianos persequi ceperat statim capitur a rege persarum et in vilissima seruitute a pud eum consenuit. Ob quod factus gallienus pacem ecclesiis restituit, sed quia non plene vindicauit xpianorum sanguinem pluribus bellis attritus fuit. Romanorum exercitus tamen pius deus non dimisit. Respublica paene desperata oratio predicta quia multi tyranni ubique fuerunt interfecti et prosperitas rediit insperata. vide Orosium.

Iste Claudius nobilissime contra gothos triumphauit qui iam per xv. annos illiricum macedoniamque vastarant. Ideo statuam auream meruit. Ipse morbo interiit.

Imperatores

Philippus	Decius	Gallus	Valerianus		Claudius	Aurelianus
xpistianus an. vii.	an. iii.	an. iii. cum Volusiano	Gallienus an. xv.		an. ii. Quintillus xvii. d. frater claudii statim occiditur	an. v. men. vi.

Iste aurelianus primo xpianis benignus fuit quarum ubique gloriose triumphauit. paupere contra gothos sed pravorum consilio deceptus cum xpianos seuissime persequeretur numquam post bonum diem habuit et statim occisus est.

Affricanus vir floruit in scripturis ecclesiasticis notatissimus.

Porphirius philosophus maximus hostis fidei scribit contra veritatem euangelicam latrauit cuius blasphemiam sancti doctores compescuerunt nec ultra proficeret neque intellexit de quibus affirmauit.

Dionisius alexandrinorum episcopus discipulus origenis multa scripsit.

Ciprianus gloriosus doctor episcopus carthaginensis clarus post martyrizatur.

Nouatus presbyter ecclesie romane ambiens episcopatum suus et hereticus lapsis spem venie denegando. Concilium lx. episcoporum contra eum tempore decii fuit congregatum in quo dampnatus est.

Iste gallus cum volusiano ciuile bellum molientes contra emilianum interfecti sunt. Emilianus autem iii. mense occiditur.

Alexander episcopus ierosolimitanus martyr

Moyses presbyter martyr

Maximus presbyter martyr

Proximus presbyter martyr

Nicostratus diaconus martyr

Appollonia virgo martyr

Serapion martyr

Agatha virgo martyr

Septem dormientes

Trifon puer demones eiciebat in nicena passus est

Abdon virgo martyr

Sennes martyr

Anatholia martyr et alii plures passi sunt

Victoria virgo martyr

Prisus

Malchus

Marinus

Patritius

Sinchonsus

Prothus

Iacinctus

Eugenia

Claudia

Del. martyres cum (?)

ccc. martyres in affrica et alii multi passi sunt in hac persecutione

Sabellius hereticus negat xpistum filium dei esse

Laurentius martyr gloriosissimus

Felicissimus, Agapitus, Romanus, Ypolitus, Concordia, Hyreneus — martyres

Habundus

Cirilla filia decii virgo et martyr

Felicis milites

Vxor decii

Manicheorum heresis impiissima et grauissima exortitur a quodam manes perso barbaro moribus hic ponit duo prima principia etc.

Quirinus martyr

cclxxii. martyres

Abacuck martyr

Cesarius diaconus martyr

Leontius consularis martyr

Iulianus martyr

Felix martyr

Eusebius monachus martyr

xlvi. martyres

cxxi. martyres

Iste felix statuit super memorias martyrum missas celebrari. Item festum dedicationis ecclesie singulis annis agi. Tandem martyrio coronatus. Sepultus in ecclesia sua.

1443 | 1413 | 1463

Pape

Fabianus		Cornelius	Lucius	Stephanus	Sixtus	Dionisius	Felix	Eutitianus
Romanus martyr post fabianum an. xiii. d. xi. me. xi.	Cisma primum in ecclesia dei fuit inter lxc. tempora quia nouatus contra cornelium tenuit se papam licet non esset	Romanus martyr an. iii. me. ii. d. x.	Romanus martyr an. iii. men. ii. d. x.	Romanus martyr an. iii. men. ii. d. xv.	Grecus martyr an. ii. me. xi. d. vi.	martyr an. i. men. iii.	Romanus martyr an. ii. me. x.	Tuscus an. viii. me. x. d. iiii.

244 | 254 | 264

Anno xpisti

Iste sanctissimus fabianus cum defuncto papa cum ceteris fidelibus expectaret futuri pape electionem subito columba candida super caput eius descendit dicens Rome episcopus ordinaberis ob quod statim electus fuit. hic statuit ut crisma singulis annis in cena domini conficeretur. de con. di. iii. c. litteris. Ipse etiam diuisit regiones diaconis qui gesta martyrum integre colligerent. Tandem post multa que sanctissime gessit martyrio coronatur sub decio sepultus in cimiterio calixti. festum eius agitur xx. februarii.

Iste Cornelius celebre nomen sanctitatis habet super morbum caducum singularem potestatem accepit a domino. hic corpora sanctorum petri et pauli leuans honorifice reposuit in locis decentibus cum beata lucina. Tandem cum multis aliis martyrio coronatur. Ipse sanciuit ut sacerdotes pro certa causa iurare possent si vellent.

Iste lucius statuit ut duo presbyteri et tres diaconi semper cum episcopo sint et sequantur eum in omni loco propter testimonium probitatis quia licet conscientie securitas sufficeret sibi pro sua salute tamen propter maliuolos oportet episcopum habere bonum nomen apud eos qui foris sunt. ut patet de con. di. i. inhemus. Tandem martyrio coronatur sub valeriano.

Iste stephanus statuit ne vestibus sacris preterquam ad cultum dei quis uteretur. de con. di. i. vestimenta. Tandem martyrio coronatur in celebratione misse quia templum martis oratione subuertit.

Iste dionisius distinxit prochias mandans quod pastores contenti esse deberent terminis suis. Cimiteria construxit in urbe presbyteris parrochias et baptismata ut patet xiii. q. i. ecclesias. Tandem martyrio coronatus sepelitur in pace xpi.

Iste Eutitianus sanctissimus ac deuotissimus per diuersa loca cccxliiii. martyres sepeliuit manu sua hic statuit ut fruges super altare et fabe benedicerentur. Tandem martyrio coronatur et sepelitur in cimiterio calixti.

Marinus confessor secundum quasdam hystorias ponitur in linea paparum et quod post felicem tenuerit sedem an. viii. hic solus euasit martyrium inter tot continuas persecutiones sepultus in ecclesia sua in media Roma. Sed damasus et vincentius et martinus non faciunt mentionem eius.

Nona persecutio ecclesie fit iussu Aureliani in qua multi passi fuerunt. fulmen quoque de celo cadens iuxta diuine signum principem terruit et ad renouandam sententiam monuit; sed quia noluit ideo statim periit.

Iste Tacitus bonus fuit sed parum regnauit. occisus in ponto.

Iste probus uictoriosissimus multa bella confecit. Bonosum et proculum apud agrippinam interfecit. Ipse autem a militibus suis tandem apud firmum occisus est.

Iste Carus bellum cum parthis gessit. post fulmine perculsus interiit.

Iste diocletianus obscure natus, superbissimus fuit. plura bella confecit. maximianum primo cesarem deinde augustum fecit necessitate bellorum et Galerium et constantium consules. Tandem per multam sanguinis effusionem restituto regno iuxta terminos priores ambo purpuram deposuerunt, ut iuniores subsisterentur et ipsi in priuato otio consenescerent. Tandem diocletianus ueneno obiit.

Decima persecutio ecclesie fit iussu diocletiani et maximiani que omnibus precedentibus grauior fuit. decem enim annis durauit. In tantum feruebat ut in triginta diebus .xxv. milia coronarentur. ecclesiis et sacris libris combustis :—

an. vi. **Tacitus** **Florianus** men. iii.

Probus an. v. men. viii.

Carus an. ii. cum filiis carino et numeriano

Diocletianus **maximianus** an. xx.

Iste florianus non fuit imperator sed fortis cesar. occisus in tarsa.

Columba

Patroclus

Symphorianus

.xlviii. milites

Agapitus

Leonilla

Priscus

.cclxii. milites

Quirinus

Theodora

Basilides et plures alii coronati fuerunt unde in speculo

Paulus primus heremita clarus habetur deo et angelis sed hominibus adhuc ignotus fuit.

Maria Egyptiaca que peccatrix fuit mirabilem penitentiam egit in deserto per annos .xlvii. hoc tempore fuit uel secundum alios anno domini 280. uitam eius scripsit abbas Zozimas et hoc magis uidetur :—

Maurus

Victorinus

Victor

Nicoforus

Claudianus

Dioscorus

Serapion

Papias

Babillus

Carpoforus

Crisantus

Daria

Claudius

Ilaria

Iason

Maurus

Diodorus

Marianus

Mauritius

Gereon

Victor

Alexander

Longinus

Felicianus

Rebroniani

Castorum cum .v.

Sebastianus

Marcellianus

Marcus

Nicostratus

Zoe uxor eius

Policarpus

Tranquillinus

Cromatius

Tiburtius

Vincentius

Orontius

Victorianus

Simphorianus

Castorius cum

uxore

Castulus

Zezarius

Nemias

Nobilis

Dorotheus

Gorgonius

Petrus

Innumerabiles milites

Gerasimus

Bonifatius

.xxx. milites

Iuliana

Felix

Victor cum parentibus

Iulia uidua cum septem

Cosmas

Damianus

Leontius

Basilius cum septem

Dorothea

Theophilus

Theosia

Vitalis

Ascha

Agricola

Philemon

Primus

Ianuarius

Festus

Desiderius

Gorgonius spoletanus

Sabinus

Anastasia

Grisogonus

Agapes

Chioma

Hirenea

Theodora

.cclxx. milites

Florianus

Primus et

Felicianus

Vitus

Modestus

Crescentia

Albinus

Rogatianus

Donatianus

Pancratius

Felix

Adauctus

Adrianus

Nathalia

Eugenia

Katherina

Margarita

Lucia uirgo et

Anthemius cum

.xxxii. milibus

Simplicius

Faustinus

Beatrix

Panthaleon

Georgius

Iustus

Leocadia

Hireneus

pene tota

ciuitas

per Richouarum

Cristoforus

Anthonius

et alii infinito

numero passi

sunt in hac

persecutione

quorum deus

nomina scripsit in libro

uite

Agnes .xiii.

annorum

passa est

273 283 293

Concilium anthiochenum contra paulum samosetenum hereticum sub quo dampnatus est fuit et expatu primatus

martir **Gaius** an. xi. men. iiii. d. ix.

de diocletiani genere ex dalmatia patre gallo

martir **Marcellinus** an. viii. men. ii. d. xxv.

Romanus ex patre proiecto

martir **Marcellus** an. v. d. xxii.

Romanus

grecus martir **Eusebius** an. ii. men. ii. d. xxv.

278 288 298

Iste Gaius constituit ut nemo episcopos uel alios clericos apud iudicem secularem audeat accusare. et quod paganus uel hereticus christianum accusare non possit, uel notam ei diffamationis inferre. et quod gradatim qui dignus est ad ordines ascenderet ut scilicet primo sit hostiarius deinde lector exorcista acolitus subdiaconus diaconus demum presbyter. hic fugiens persecutionem in criptis habitauit. Tandem martirio coronatur sub diocletiano. Cuius festum agitur .x. kalendas maii.

Iste marcellinus obsequentia persecutionis apprehensus tria grana thuris in sacrificium ydolis imposuit. sed postea publice penituit, et capitalem sententiam pro fide suscepit. Corpus autem eius insepultum .xxx. diebus iacuit propter timorem anathematis. Sed postea iussu sancti petri a marcello humatum est iuxta pedes eius. festum eius agitur .vi. kalendas maii.

Iste marcellus magnam habuit cum maxentio altercationem dicens boni principis esse ecclesias concussas reparare et dei sacerdotes honorare. .xxvi. distinctio. Hic statuit quod concilium generale non possit celebrari sine auctoritate pape .xxvii. distinctio. Iste decreuit .xv. cardinales in urbe propter sepulturas et baptismum. Tandem post longam custodiam iumentorum in custodia publica reclusus moritur tyrannide maxentii sepultus in cimiterio priscille uia salaria.

Iste Eusebius ex laico in papam assumptus est. fuit enim medicus. Quod sepe fuit constat temporibus antiquis. hic statuit quod laicus suum episcopum accusare non possit nisi a fide exorbitaret ut .ii. q. vii. c. laicos. Tandem martirio coronatur sub maxentio —

Isti duo Galerius et Constantius pacifice diviserunt sibi imperium sed non diu vixerunt. Et grandis altercatio et multa bella plura post oriuntur que omnia non sine grandi labore victis tyrannis extinctis sub Constantino magno quieverunt. Aliqui etiam cesares tunc creati fuerunt qui christianos maxime persequebantur quorum Maxentius unus fuit. Unde Orosium.

Imperatores

Galerius Constantius an. ii.

Constantinus magnus filius Constantii a. xxxi.

Iste Constantinus imperator gloriosissimus celebre nomen reliquit. In bellis victoriosus, in gubernanda republica prudens, in negotiis fidei incomparabiliter devotus. Eius pietas et sanctitas ex multis sanctorum doctorum libris adeo emicat quod indubie inter sanctos annumerandus est. Greci dicunt eum in fine vite sue monachum effectum, festum eius agentes xxi. marcii. Et Orosius et Eusebius diligenter eius facta descripserunt.

Pax ecclesie reddita est per Constantinum et in tantum firmata ut quicumque recederet a christianismo puniretur. Hec vera est mirabilis mutatio dextere excelsi iuxta illud psalmiste: Filia Babilonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionem quam tribuisti nobis.

Eusebius Cesariensis Palestine episcopus in divinis scripturis studiosissimus fuit.

Anthonius abbas sanctissimus potens in opere et sermone clarissimus in universo orbe habetur.

Pafinutius discipulus sancti Anthonii et multi heremite et monachi in deserto clarueruit.

Zozimas abbas qui Mariam Egipciacam reperit, tamen quidam libri dicunt quod fuerint ambo tempore Valentiniani.

Templa ydolorum iussu Constantini clausa sunt et prohibita sacrificia iuxta illud Ysaye: Dii qui non fecerunt celum et terram pereant de terra. Incredibile fuit hoc suspicari quod umquam humanum genus ab hoc errore potuisset absolvi, in quo a diebus Nini regis Assiriorum usque ad hec tempora per annos ii.m ccc. erat miserabiliter implicatum. Verum digitus dei est hoc et magna misericordia eius non hominibus meritum.

Helena regina mater Constantini mulier sancta admirande devotionis et activitatis.

Crucem Christi reperit. Lxxii. collegia fundavit. Totum statum ecclesie incomparabili fervore magnificavit.

Nicolaus episcopus Mirre civitatis sanctus per omnia et venerabilis.

Athanasius episcopus Alexandrinus doctor gloriosus et constantissimus confessor edidit symbolum Quicumque vult salvus esse etc.

Pafnutius episcopus Egiptiorum oculum in persecutione amisit.

Alexander episcopus Alexandrinus notabilissimus in concilio Niceno.

Constancia filia Constantini magni virgo sancta cum multis aliis in sancto proposito servierunt domino. Hec leprosa fuit sicut pater eius sed meritis sancte Agnetis mundata fuit.

Arrius hereticus pessimus tocius perfidia asserit trinitatem personarum sed unitatem essentie negat. Supra modum ista heresis afflixit ecclesiam.

Synodus Nicena

Prima generalis sinodus quam Greci dicunt ecumenicam

Ista sacrosancta synodus iussu Silvestri et Constantini convocata fuit in Nicena civitate Bithinie. In qua fuerunt ccc. xviii. episcopi catholici viri sanctissimi miraculis gloriosi qui omnes unanimi consensu Arrium ibidem etiam presentem et contumacem dampnaverunt et symbolum ediderunt, fidemque exponentes plurima statuerunt xv. di. c. Sicut sancti synodus.

Iste Melchiades statuit quod die dominico et feria quinta nullomodo deberet ieiunium observari propter reverentiam dominicam, vel quia illos dies pagani quasi sacrum ieiunium celebrabant, de con. dis. iii. c. Ieiunium. Tandem martirio coronatur sicut omnes predecessores sui. Et nota hic est ultimus martir a sancto Petro xxxiii. in ordine pontificum qui omnes sanguinem suum fuderunt pro testamento sancto et tunc laudabile fuit secundum Gregorium episcopatum appetere.

Anno mundi

4403 | 4413 | 4423

Pape

Melchiades Afer an. iii. me. vi. d. viii.

Silvester Romanus confessor an. xxiii. me. x. d. xxi.

Silvester papa antequam alia concilia celebraret convocavit CCLXXXIII episcopos et Calistum et alios hereticos condempnavit et plura constituit decreta.

Anno Christi

306 | 316 | 326

Iste Silvester gloriosus confessor Christi multipliciter ecclesiam decoravit tam in scripturis quam miraculis admirabilis fuit. Decreta multa constituit, hereses dampnavit, cardinales ordinavit, primum beati Petri scilicet regimen pariter cum tota urbe a Constantino suscepit et ad cultum ecclesie convertit. Helenam cum Iudeis baptizavit et alia infinita sancto fine consummavit.

De possessionibus ecclesie quas prelati circa hec tempora habere inceperunt grandis altercatio sepe inter doctores fuit. Sed si diligenter advertimus tunc aperte invenimus quod Christus dominus hoc predixit et promisit electis suis scilicet quod essent recepturi agros cum persecutionibus utique Marci [...] et dicente beato Petro: Ecce duo gladii hic, dominus respondit: Sufficit. Ubi beatus Bernardus scribens ad Eugenium papam dicit quod utrumque gladium Christi ordinatione papa habet, alioquin non dixisset sufficit sed nimis est. Gladium spiritualem per se ipsum, secularem sive materialem per alios reges scilicet personas laicales. Sanctus Thomas talem format rationem ex dictamine iuris naturalis et divini: Ex quo tota christiana vita ordinatur principaliter ad finem spiritualem et non temporalem, ideo summus pontifex qui est vicarius Christi in terris cui commissa est huiusmodi ordinatio debet habere plenam potestatem precipiendi omnibus christifidelibus pro consecutione huius finis tamquam architector, quia ei ad quem pertinet cura ultimi finis subdi debent illi ad quos pertinet cura antecedentium finium et eius imperio dirigi. Quoniam enim debet uti armis imperat fabro qualia debeat facere arma. Et quia finis iste est dignissimus scilicet consecutio celestis glorie, ideo sacerdotium ecclesie sublimius est quamcumque potestate terrena. Quare etiam dicitur summum regale sacerdotium cui omnes reges christiani populi oportet esse subiectos sicut ipsi domino Ihesu Christo a quo hoc regale sacerdotium derivatur. Tanto siquidem est regimen sublimius quanto ad finem altiorem ordinatur. Unde patet quod in lege Christi reges debent sacerdotibus esse subiecti. Quare mirabiliter divina providentia actum est ut in Romana curia quam deus providerat christiani sacerdotii principalem sedem futuram hic mos paulatim inolesceret ut civitatis rectores sacerdotibus subderentur. Sed si christiana religio principaliter esset instituta propter temporalia consequenda tunc reges essent preponendi sacerdotibus sicut olim fiebat in veteri lege et in paganis ubi totus cultus divinorum tendebat ad illum finem ut temporalibus bonis ditarentur. Hec Thomas. Bonaventura dicit in iiii. scripto super sententias quod sancti spiritus ordinatione actum est ut ecclesia in temporalibus habundaret quia pauci sunt tante perfectionis ut sine adminiculo temporalium onera ecclesiastica susciperent et sic periret magna pars cleri eo quod non essent qui administrarent spiritualia. Sancta Brigitta libro iiii. capitulo lxxvi. scribit quod beata virgo Maria hec verba sibi dixerit in quadam revelatione: Ecclesia dei primis temporibus pauper erat in temporalibus voluntarie pressura vero temporis ut amici dei ferventiores essent ad predicandum dei verbum atque ut sciret quod non divitie male sint sed abusus earum, ideo sub Silvestro et aliis bona temporalia ecclesie data sunt que viri sancti longo tempore ad necessitatem suam solam et amicorum dei pauperumque sustentationem dispensabant. Ergo tales sunt amici dei qui contentantur de dispensatione dei et ipse amat illos. Hec illa. Dicunt quidam quod nedum temporalem sustentationem necessarium fuit ecclesiasticos habere sed etiam temporalem iurisdictionem ad compescendam iniquam audaciam volentium bona ecclesiastica suis usibus appropriare. Nec decuit ut prelatus potestate spirituali preditus potestatem temporalem tamen impetret ab alio mendicaret sed propria capessi[...]. Hec omnia firmissime probantur ex legendis et dictis sanctorum pontificum qui temporalia dominia et possessiones firmas latissimas habuerunt iuste. Quis enim audeat dicere quod tot sancti pontifices viri utique summe perfectionis et litterature miraculis gloriosi qui omnia temporalia arbitrabantur ut stercora quorum doctrina fulget ecclesia sicut sol et luna, quorum scripta suos lectores sancti spiritus igne accenderunt, quorum plures propriam vitam pro defensione libertatis ecclesiastice tradiderunt. Quis igitur audeat tales ac tantos tam multos sic delirasse ut huiusmodi temporalia contra iusticiam ac dei voluntatem tenuissent. An non potius usque hodie contradictores eorum formidabili videmus morte consumi.

Persecucio xi ecclesie fit iussu Constantii in qua grandi turbine fides subversa fuit multi martirio dampnati et xpistiani tamquam oves super altaria mactabantur sicut predixit sanctus anthonius

Isti tres fratres fuerunt filii Constantini magni sed nichil paterne virtutis in eis fuit. Quapropter tam status reipublice quam ecclesie valde turbatus fuit. Regnum enim diviserunt et multa bella gesserunt in quibus Constantinus et Constans perierunt. Sic totum regnum Constantio pervenit qui arriana heresi depravatus catholicos persequitur igitur multa bella fingunt ita ut nulla deinceps quietem haberet. Tandem inopinata morte preventus infeliciter obiit

Constantinus
Constantius
Constans
an. xxiiii

Hylarius pictaviensis episcopus claret doctrina et vite sanctitate in gallia

Hibernia convertitur ad fidem per quandam ancillam captivam

Maximinus episcopus treverensis magnus confessor

Symeon archiepiscopus zeleucie [illegible] trucidatur in persida

xvi milia martirum et alii infiniti passi sunt

ccl clerici cum aliis monachis & sacratis virginibus ab arrianis interfecti sunt

Anthonius pater primus multorum monachorum et alius Amon

Pachomius uir sanctissimus pater innumerabilium monachorum et monialium qui in differenter omnes recepit iuxta regulam ab angelo sibi datam in egipto fuit

Donatiste heretici oriuntur in affrica sic dicti a quodam donato dicunt ecclesiam tantummodo in affrica mansisse apud se et rebaptizabant catholicos diu duravit

Eunomius hereticus corpore & anima leprosus a quo eunomiana heresis dicit filium non naturam sed gratia similem patri

Macedonius hereticus negat spiritum sanctum equalem patri & filio heresis magna

Paulus simplex discipulus anthonii qui merito obediencie cito ad perfectione venit

Hilarion

Victorinus

Macharii ii

Donatus gramaticus magister hieronymi

Paulinus episcopus treverensis et multi alii

Flavianus et

Diodatus hii choros psallentium in duas partes diviserunt et vigilias ad sepulchra martirum instituerunt

Basilius magnus confessor episcopus cesarie claruit

Gregorius niuzenus et doctor sicut dixi predicti in oppido nazanzo episcopus constitutus

Johannes crisostomus episcopus constantinopolis magne severitatis et sanctitatis multa scripsit & passus fuit ab arrianis persecutiones plures

Persecucio xii ecclesie fit iussu iuliani pessimi apostate qui sanguinem xpistianorum profudit sed non impune quia divinitus occisus fuit per mercurium sanctum martirem iubente domina nostra virgine maria

Iste julianus prius clericus deinde monachus tunc magnus deinde apostata factus cesar et solo augustus totis nitebatur fidem extinguere

apostata
Julianus
an. i me. viii

Johannes et

Paulus martires

Quiriacus episcopus martir

Gallicanus martir

Donatus martir

Juliana martir

Theodericus

Gordianus

Epimachus

Hieronimus presbiter cardinalis incepit clarere in ecclesia dei de dalmatia oriundus sapientissime vite fuit hebreorum in allinus ac totius xpistiane veritatis solidissimum fundamentum doctor principalis

Abbas moyses

Sisdere copres

Effrem pambus

Serapion pater x monachorum & alii plurimi heremite fuerunt

Barlaam et Josaphat filii regis indie

Iste marcus statuit ut symbolum publice in ecclesia cantaretur et quod episcopus ostiensis papam consecraret & pallio uteretur

Iste Julius multas persecutiones sustinuit a Constantio arriano & per decem annos exilium. Tandem mortuo Constantio ad sedem suam rediit. duas basilicas extruxit. Hic multa constituit. Tandem beata morte potitus sepelitur in cimiterio calixti. Eius festum agitur ii idus aprilis

4433 4453 4443

Romanus
Marcus
an. ii men. viii d. xx

Romanus
Julius
an. xi me. ii d. viii

Romanus
Liberius
an. xvi me. vii d. iii

335 355 348

tos. Juxta quod imprecatus fuit eis Constantinus quando paginam imperialis testamenti propriis manibus suis venerandum corpus beati petri posuit. 96. dis. Constantinus. Quis unquam temerator nisi penitens huiusmodi hanc maledictionem evasit. Revera possumus adducere illud gamalielis actuum v. Si a deo est non poteritis dissolvere. Tanta siquidem per huius mundi potentes pariter et sapientes facta sunt contra primum ecclesie pene in omnibus finibus totius xpistianitatis ut haut quaquam credibile sit quod humano modo potuisset huiusmodi tollerasse sive aliquid reppulisse post tantas crebras desperatasque expoliationes. sed quia de celo dimicatum est contra eos ioue fautrix perierunt universi hostes ecclesie usque in presens. Ubi Constantius arrianus julianus apostata valens heretici, arianus hylaricus Genserikus honericus Attilas Zeno Totilas Theodericus Constancius iii et v leo iii et iiii Otto iiii Lodowicus iiii et ceteri presumptores cum suis complicibus qui quasi una hora ecclesiam premere nitebantur aut suffocare ubi sunt in quo prevaluerunt. Ecce hodie floret cultus dei in gloria et illi si penitentiam non egerunt apud inferos contremiscunt. Sed numquid humana virtute id actum credimus. Omnino. scriptum si deus pro nobis quis contra nos. Ecce regnat fides sed inde tibus et mundentibus inimicis dentibus suis frementibus et tabescentibus nil contra manum omnipotentis facere valentibus iuxta prophetiam psalmi dicentis Dixit dominus domino meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et iterum Sepe expugnaverunt me a iuventute mea etc. Et quia generandi mala contigerunt aliquando propter huiusmodi disputationes insurgentibus quibusdam impiis in aures principum & ductibus de ecclesiastici terrena dominia licite non possiderent ideo apostolica sedes inhibuit ne amplius fiant. Neque ulli liceat deinceps in dubium revocare quod tantis sanctissimorum virorum doctrinis & exemplis constat roboratum. Advertant sensati principes quod eis utile sit & saluber post tot annorum curricula ac varios eventus ubi nullo unquam prosperatum est. Neque sibi permittat in consulte posse imitari quod spiritu sancto dictatum est cui tot patronos ac inspectores in celo presidentes iam habet

Iste Liberius prius catholicus fuit et fervide contra arrianos processit. Ob quod Constantius arrianus eum in exilium misit et clerus de consensu eius de[z] liberii felicem presbiterum in papam ordinavit qui amplius arrianos expugnavit in tantum ut arriani ipsi Constantium rogarent ut liberius restitueretur tamquam eis magis favorabilis et sic liberius revocatus fuit et felix deiectus. Sed quia liberius arrianus favebat ideo felix cum catholicis eum admonitum et contumacem tamquam hereticum de ecclesia eiecerunt. Tunc scisma factum fuit et persecucio magna fidelium

Scisma factum inter liberium et felicem evenit propter arrianos quibus favebat liberius. Ideo tamquam hereticus a catholicis deiectus fuit et felix in papam assumptus

Iste Valentinianus devotus totus fuit & in fide stabilis divina ordinatione ad imperium pervenit quia cum sub Iuliano maluit cingulum amittere & exilium perpeti quam fidem abnegare. Ideo retribuente Christo meruit ad imperium sublimari. Semper victoriosus fuit. Saxones & burgondiones vicit.

Iste Valens fuit frater Valentiniani cum quo diu regnavit, sed timore eius catholicos tam iniusta exercere nequaquam ausus fuit. Sed eo mortuo absolute regnavit catholicos persequitur. Tandem post multa infortunia misera morte periit, cum aliqualem penitentiam tamen.

Iste Theodosius immense religiositatis Christo & ecclesie fidelissimus extitit. Ideo in omnibus adiutus est a deo. Cum armis etiam aptis hostes superans sibi et omnibus principibus ostendit quantum valet ad victoriam optinendam oratio devota cum lacrimis. Ab inimicis barbaris circumdatus Christum suppliciter invocans gloriosus victor non suis manibus sed divinis auxiliis triumphavit. Nam tela que hostes contra eum miserant retorsum acta in ipsos auctorem revertebant. Quod videntes barbari pavore nimio prostrati continuo sese christianissimo principi colla submiserunt. Unde & poeta Claudianus licet paganus hoc testatur: O nimium dilecte deo tibi militat ether Et coniurati veniunt ad classica venti. Quam humiliter se habuit in correptione Ambrosii patet in legenda eiusdem. Vide Augustinum in libro V de civitate dei et quod idola subversa cum templis iussit. Et quomodo consuluit Iohannem heremitam et quomodo flagitabat magis benefaciendi caritate quam dominandi cupiditate. Moritur tandem bene disposita republica quam desolatam invenit.

Imperatores

| catholicus Iovinianus men. VIII | Catholicus Valentinianus an. XI |

Iste Iovinianus catholicus & bonus fuit sed parum regnavit.

Iustina imperatrix arriana ipsa uxore piissimi Valentiniani superstite tempore viri sui sed post aperte persequitur catholicos precipue.

Lana de celo pluit. Ambrosium grandi molimine fecit homines & iumenta apud Constantinopolim.

Didimus cecus ab infantia diminutus fuit est doctor magnus & episcopus alexandrinus.

Burgondi fiunt christiani.

Ambrosius Romanus mittitur a Valentiniano ad Mediolanum et statim in episcopum divinitus eligitur ut et ipse testatur in libro de officiis. Rapimur de tribunalibus ad infulas cogimur simul discere et docere doctor principalis.

Martinus episcopus turonensis clarunt in Gallia vir admirande sanctitatis de Pannonia oriundus extitit.

Iohannes damascenus doctor egregius multa scripsit vel claruit circa annos domini 680 vel post Gregorium magnum.

Rufinus presbiter multa scripsit et hystoriam ecclesiasticam transtulit.

Iohannes heremita sanctissimus qui Theodosio triumphum predixit.

Alexius Rome claruit vir sancte invicte patientie.

| arrianus Valens an. III cum Gratiano et Valentiniano | Catholicus Gratianus an. VI cum Valentiniano | Catholicus Theodosius an. XI |

Martires multi facti sunt in Constantinopoli propter Valentem hereticum arrianum.

Iste Gratianus videns rempublicam paene desperatam Theodosium cesarem fecit qui ubique victor existens multa restituit. Tandem per Maximum tirannum dolo occiditur et ille non longe post iussu a Theodosio morte punitur.

Synodus haec synodus universalis secunda est contra Macedonium.

Synodus Constantinopolitana

Priamus quidam nobilis de stirpe troianorum qui in Lombardie partes olim venerat rebellavit contra imperium sed mox interfectus ab exercitu romanorum fuit. Filii vero eius fugientes versus Franciam ibi morati sunt multis romanis & colonia extruxerunt et ibidem ut coloni habitare ceperunt.

Marcomirus filius Priami eius primus dux eorum fuit.

Augustinus Carthaginensis rethor maximus in omni philosophia & poetria incomparabilis, de quo sibi legitur quod numquam philosophi reperire potuerunt, iunxit tutelam sine magna difficultate adeptus. Cuius habere tempora mittitur a se Mediolanum ubi statim a beato Ambrosio convertitur & in Christi nocte post posita manicheorum heresi baptizatur. Hic devenit in doctorem ecclesie precipuum et hereticorum malleum valentissimum non longe post in episcopum Yponensem sublimatur totam ecclesiam fonte sue doctrine annis XLIII irrigavit.

Anno mundi

4463 … 4413 … 4483

Pape

| mensibus II Felix anni I menses I dies II | hispanus Confessor Damasus an. XVIII mensibus III dies X | Romanus Siricus an. XV menses XI dies XXV |

Scisma factum inter Damasum & Ursinum evenit per discordiam eligentium sed Damasus optinuit quia maior pars erat cum eo.

Anno Christi

36X … 3AX … 38X

Iste Felix vir sanctus Constantium augustum hereticum etiam fuisse declarans de spiritu eiciat & tandem capitis abscisione martirio Christi consecratur.

Nota hic primum coronam ecclesia circa hec tempora quamvis prius pacem habuit quam omnes antecessores huius liberi fuerunt sicut et exemplares ut supra per annos celi.

Iste Damasus gloriosus confessor multa laude digna patravit. Additus floridissimorum virorum studiis quorum grandis multa tempore suo claruit. Choros cantuum ordinavit in ecclesia. Gloria patri etc. post singulos psalmos dici iussit rogatu beati Hyeronimi. In versibus dictandis excellentissimus fuit. Plura scripta reliquit. Scripsit hystoriam paparum et multum concilium secundum universale id est constantinopolitanum contra Macedonium fecit. Festum eius agitur XI decembris. Tempore eius vastas illas corporis hactenus diffusas quas propter sitim et sterilitatem habitatio humana non honerat consortio monachorum complevit.

Arsinius Pithimus Pemenes pastor Zosimas Maria Eufrosina Ioseph Sirus Agathon Achillis Ilarion Iohannes brevis Bessarion ensis Zacharias Episor Moyses Pacomis Orbalon Euladius Gelasius Arsenius Iuctus Et alii innumerabiles quorum est digna memoria.

Cronica Hieronimi fuit circa annos domini 380.

Priscillianus episcopus hyspanie cadit in heresim pessimam inde heresis priscilliana.

Firminus episcopus ambianensis.

Honoratus & Sabinus ibidem omnes sancti confessores.

Athanaricus rex gothorum persequitur christianos in terra sua ubi multi martirio coronati sunt.

Iste Siricus statuit ut de impia secta manicheorum nullus reciperetur nisi circa tali pacto quod in monasterium retruderetur ibique penitentiam ageret cunctis diebus et in fine vite tantummodo viaticum sumeret. Omnes etiam illius secte quos repperit exilio dampnavit.

Marcellus episcopus apparuit martir.

Theophilus episcopus alexandrinus.

Servatius tungrensis episcopus qui dicitur fuisse cognatus Christi floret.

Severinus episcopus coloniensis magne auctoritatis et sanctitatis fuit.

Placella uxor Theodosii de pauperibus maximam curam habuit.

Paula vidua sanctissima & filia eius Eustochium claruerunt Christo.

Roma capitur a gothis et incendio fit q; illa famosa altercatio inter paganos et fideles. qa pagani cum grandi blasphemia increpabant fidem christianam. Et cultum deorum resumere sed non preualuerunt quia ipsemet Alaricus rex gothorum xpistianus fuit et pepercit omnibus confugientibus ad sacra loca et sic confusa fuit impietas paganorum eo quod non poterant probare infortunium euenisse ex eo quod Roma abiecisset ydolatriam et fidem recepisset. de hoc augustinus in libris de ci. dei & Orosius habundanter tractant.

filius theodo. **Archadius** annis xiii. cum honorio

Iste Archadius adhuc puer existens quia pater eius defunctus fuerat & quia satis bonus fuit plures aduersitates cum fratre suo honorio perpessus est qa multa pericula et tyranni de gentibus barbaris scithis gothis wandalis et hunis surrexerunt. qui multas prouincias depopulati sunt. Et nisi xpisti gratia singularis fidelibus principibus subuenisset totaliter perissent.

Marcel comes archadii meritis sanctorum quos secum duxit exemplo theodosii cum quinque milibus peremit hostium .lxx. milia beato etiam Ambrosio sibi in visione apparente et cetera. Sed post elatus sanctos viros persequi cepit et ecclesiam temerare ausus est. et statim omnibus probauit q; in se uno ad utrumque semper vigilare diuinum iudicium qui quandoque sperauit adiutus etiam contempsit occisus est.

Claudianus poeta et cetera
Prudentius presbiter & cetera
Patricius magnus primus hibernorum apostolus cuius corpus in hibernia veneratur cuius sororibus angeli sepe colloquio fruebantur

Orosius
Dorotheus
Ysidorus presbiter
Alexandra
Melania
Diocles
Angila
Nathanael
Stulda
Ammon
Pachomius

filius theodo. **Honorius** an. xv. cum theodosio minore

Constantius comes honorii mirabili felicitate in breui multos tirannos et barbaros prostrauit xpisti adiutorio suffultus. Et nota sicut dicit beatus hieronimus Romani erant in principio fortissimi sic in fine debilissimi Nam ad propulsandos hostes quotidie barbaros necesse est conuocare.

Iste honorius clementissimus fuit Cumque diceret ei aliquis rebelles non occideret ait Utinam esset michi possibile ad uitam mortuos reuocare. Ob piam igitur fidem quam in xpisto habuit multos tirannos optinuit sine sanguinis effusione et periculosa illa tempora paulatim sub eo quieuerunt. Hic finitur hystoria pauli orosii presbiteri qui huius tempore claruit.

Tyconius afer multa scripsit
Donatus episcopus
Epiphanius episcopus
Sulpitius
Seuerus
Tholomatus
Sisinnius martyr
Martirius
Alexander
Maximus episcopus nolanus propheticus spiritu claruit
Brictius turonensis

Isti fuerunt in ytalia martyres coronati

Ossa samuelis prophete translata sunt in Constantinopoli ab archadio

Johannes crisostomus exilio dampnatus ab Eudochia regina uxore archadii ubique moritur ardore solis Archadius autem excommunicatur ab Innocentio pro eo quod consensit.

Johannes Cassianus heremita electus a Crisostomo de Constantinopoli uenit marsiliam Collationes patrum scripsit et alia Et fuerunt infiniti sancti heremite & monachi.

Thimotheus hereticus dicit xpistum uerum deum et hominem quidem esse sed addit falsum dicendo diuinam naturam conuersam esse in humanam

Anianus episcopus aurelianensis ciuitatem suam liberauit ab hunis

Concilium Cartaginense fuit ccxvii. patrum contra pelagianam heresim in quo sanctus Augustinus solempnis triumphator contra hereticos apparuit cunctos vincendo

Predestinatorum heresis scripsit dicit nil prodesse ad uitam quod sancti uirtuose agunt.

Iste theod. totus catholicus deuotusque princeps fuit nec tamen ualuit phalanges barbaros qui multas prouincias depopularent prohibere deo. Gothi namque erant gothorum totius romanorum imperii tenuerunt partibus occidentis. Sed Oriente filius archa. pax fuit

filius archa. **Theodosius** an. xxvii. cum valentiniano

Scisma grauis quod fuit inter bonifatium & Eulalium causa fuit discordia eligentium Sed bonifatius optinuit quia sanior & maior pars erat secum

4493 4603 4613

Romanus **Anastasius** an. iii. d. xxvi.

Albanensis **Innocentius** an. xv. men. ii. d. xx.

Grecus **Zozimus** an. iii. men. iiii. d. ix.

Romanus **Bonifatius** an. iii. men. viii. d. xiii.

398 403 418

Sanctus heraclides qui scripsit uitas patrum ad lausum episcopum

Pelagius hereticus & celestinus et Julianus a quo pessima heresis pelagiana dicit hominem sine gratia posse mereri et baptismum & orationes ecclesie necessitates esse. Augustinus multum contra eam laborauit

Iste Anastasius statuit quod cum sanctum euangelium legeretur omnes stare deberent et qui caret aliquo membro non deberet fieri clericus. Hic fecit fieri unam basilicam prope scolam mamertini

Iste Innocentius statuit quod non solum presbiteri sed omnes xpistiani deberent ungi oleo infirmorum et sabbato ieiunium celebrari et ad missam osculum pacis dari. plures regulas de ecclesiis et monasteriis Judeis & paganis tradidit ut patet .xxviii. q. i. nunquam. Hic dampnauit ad instantiam concilii affricani heresim pelagianam cum suis heresiarchis. Vide .xxiiii. q. i. de hac materia in quanta reuerentia olim sancti doctores et patres ac principes et concilia habuerunt apostolicam sedem ut nichil auderent sine consensu domini pape diffinire. De hac sunt plures epistole sancti Augustini et scripta aliorum

Iste Zozimus statuit ne clerici tabernas teneant aut uina uendant et ut cereus benedicatur in sabbato sancto Et quod seruus non fiat clericus nisi prius libertatis sit a domino ipse misit legatos ad concilium Cartaginense pro corroboratione ecclesie.

Iste bonifatius statuit ne mulier tangeret pallam altaris aut lauaret. Ipse habuit scisma cum Eulalio uel aliter eulalio presbitero qui secum electus fuit & preualuit quia maior & sanior pars erat secum Imperator etiam cum uxore sibi magis fauebat

Gensericus rex wandalorum infinita mala fecit per longum tempus in diversis mundi partibus tirannus pessimus & arrianus precipue religionem christianam infestus. Romam cepit, Affricam destruxit. Sub eo augustinus moritur anno v° [?] Leo.

Cirillus alexandrinus eps fuit in concilio ephesino.

Imperatores

Nestorius epus constantinopolitanus hereticus dixit christum purum hominem non deum. heresis magna.

Hieronimus obiit in miraculis mundis clarens.

Eusebius discipulus hieronimi claret. post eum

Synodus ulis [?] celebrata contra nestorium hereticum.

Sinodus Ephesina

Attila rex hunorum flagellum dei tirannus atrox simul longo tempore persequitur hunnorum [?] gentes. Tandem confessus moritur pessimo more tyrannorum.

Patritius filius sororis sancti martini mittitur in hiberniam a Celestino papa in mirabilium operum. Vixit annis C.XX.

Germanus epus antisiodorensis tres mortuos suscitavit et etiam asinum suum defunctum omnium pedes lavit sine exceptione.

Palladius eps mittitur ad scothos.

Lupus trecassinus eps floruit qui attilam mirabiliter a preda compescuit.

Tota gallia etiam affrica hyspania et interiit per missione divina ab incursu barbarorum. ... mi lium. Omnes pene civitates in terram prostrate fuerunt exceptis paucis que sanctos epos habuerunt ob quod dimittius predicte sunt fuerunt tempora horrenda. Civitas metensis muros habuit invincibiles, sed corruerunt propter peccata nimium et sic excisa fuit.

Mamertus abbas in monasterio sancti germani. Ante eum fuit

Aldonius

Merlinus claret in britania spiritu prophetie cunctis insinuans.

Wortegrinus rex britonum valde dilatavit fidem christi. Huic successit vtor pendragon filius eius.

Festum sancti petri ad vincula instituitur & stupenda miracula per eius cathenam.

Iudei plures sub ... fiunt. In creta [?] Iudei plures seducuntur in mari decepti per diabolum qui eis apparuit in specie moysi quasi vellet inducere in terram promissionis. quidam evadentes fidem christi receperunt.

Septem dormientes evigilant. quos decius ante ... annos in spelunca reclusit.

Petronius eps bononiensis fecit vitas patrum vir sancte vite ab infantia.

Hilarius arelaten eps

Ecclesia dei isto tempore valde tribulatur precipue in affrica. Nam Augustino mortuo totus clerus aut trucidatur aut expellitur a sedibus et exulat. Nec fuit similis persecutio ibi usque tunc propter gensericum regem wandalorum et honericum filium eius arrianos. Clauserunt ecclesias. Tandem etiam ipsi male perierunt more solito

cum valentiniano
Martianus
an. vii.

Codex editur qui & liber theodosianus appellatur omnium principum legitionum habens.

Nicasius remensis eps martirio coronatur cum

Eutropia sorore sua a bhunnis truncatus ait domine vivifica me secundum verbum tuum.

Genofena virgo claret parisius que sine velata a sancto germano

Euthicen abbas constantinopolitanus hereticus dixit unam esse naturam in christo dei & carnis. Et dioscorus autem eius alexandrinus defensor illius fuit.

Vallerianus eps ...

Marinus epus ephesorum

Iuvenalis eps ierosolimitanus

Anatholius constantinopolitanus eps

Synodus ... celebrata contra ... Euticem hereticum

Sinodus Calcedonensis

Anno mundi
4623 — 4633 — 4663

Romanus papa xli.
Celestinus
an. viii. d. ix.

Romanus papa xlii.
Sixtus
an. viii. d. ix.

Confessor et doctor [?]
Leo
an. xxi. mensibus i. d. xxviii.

ccxx — ccxx — cccc

Anno christi

Iste Celestinus instituit davidicos psalmos ante missam et ex hoc exordium sumpsit usus quod post ecclesia servavit et de introitu et gradualia et antiphonas. Tempore eius celebrata est sancta synodus ephesina contra heresim nestorii epi Constantinopolitani qui negavit beatam mariam esse matrem filii dei.

Iste Sixtus vir sanctus totus humilis & in fervore ecclesiam sancte marie maiorem edificavit. Habuit quendam emulum nomine bassum qui eum diffamavit de quo in sinodo convicit, statim post bassus moritur quem tamen propriis manibus sepelivit.

Eucherius doctor lugdunensis

Severus treverensis eps sanctus

Marianus monachus

Eutropius presbyter multa scripsit

Victorinus massiliensis

Maruchas eps filius ... a demone liberavit et multi ibi fides crevit.

Terremotus magnus apud constantinopolim per quatuor menses. Et infans dixit quod cantavit sanctus deus sanctus fortis etc. et cessavit. hoc postea in calcedonensi concilio confirmatum est.

Iste Leo sanctissimus longo tempore in multiplici fructu prefuit ecclesie. tunc infinitis periculis laboravit propter tirannides et sectas varias falsorum doctorum. Sermones plures et epistolas scripsit ita correcte ut in omnes catholicos doctores florem dictaminis reportasse dicatur. Quorum nonnulla non dixisset sicut approbata ut nulli fas sit vel in modico ab illis dissentire. Ipse sinus mentis attilam a Roma & ytalia avertit. Manum sibi amputavit propter temptationem quandam sed beata virgo ipsam restituit. In canone addidit sanctum sacrificium immaculatam hostiam. Synodum calcedonensem iussit celebrari mediante martiano imperatore. Tandem post plures agones beata morte potitur sepultus apud sanctum petrum. Festum eius agitur in vigilia apostolorum petri et pauli. Quidam dicunt iii° idus aprilis.

Iste Marcianus catholicus fuit et cum Valentiniano imperavit, sed post apud Constantinopolim peremptus fuit conspiratione suorum. Hic in sompnis vidit arcum Attile confractum, ex hoc ipsum intelligens mortuum, et sic factum est.

Undecim milium virginum cohors apud Coloniam a[nno] quo supra m[ar]tirizatur ab Hunnis, et Colonia statim etiam destruitur ab Hunis.

Ethius patricius contra Attilam pugnat fugans eum; et cesa sunt ibi .i. in territorio Aurelianensi .clxxx. m[ilia] pugnatorum.

Terremotus continui et signa plura fuerunt. Celum ab aquilone effectum est igneum. Fulgura festis diebus apparent. Luna offuscatur. Cometa apparet, et post pauca apud Tholosam Gallie civitatem sanguis effluxit.

Iste Leo secundum quosdam fuit verus catholicus. Secundum alios autem de quo inter nos impenitentes ymagines in sanctorum iussit obrui propter quod a papa excommunicatus fuit. Videtur michi hoc non iste Leo primus sed Leo tercius fecerit tempore Gregorii pape tercii, et fuerunt tempora turbulenta et inquieta adhuc.

Arthurus rex Britanie nominatissimus in victoriis .iiii. c. bexinus gladio suo interfecit; ecclesiis Dei subveniens et fidem valde ampliavit. Omnes terras sicut Datie, Norwegie sibi servire cogit. Perditus tandem nec usque hodie scitur ubi manserit.

Helizei prophete ossa transferuntur de Samaria in Alexandriam.

Marci evangeliste corpus transfertur Venetias de Alexandria.

Letanie minores instituuntur a Mamerto episcopo Viennensi.

Remigius Remensis episcopus qui postea Clodoneum regem Francorum convertit.

Perpetuus episcopus Turonensis.

Prosper episcopus vir clarus sciencia et sanctitate vite de Aquitanie terra.

Theodorus episcopus Syrie scripsit cronica et plura alia.

Ciprianus Ausilicensis episcopus vir super modum misericors totum quod habuit fratribus in necessitate dedit.

Heresis acephalorum fuit que impugnabat concilium Calcedonense.

Meretrix quedam infantes septem uno partu peperit et in piscinam proiecit, quorum unus fuit postea rex Longobardorum.

Iste Xeno fuit Arrianus et totaliter crudelis contra catholicos. Fedus iniit cum Gothis et filium Leonis interficere volens alter filius ei offertur. Ipse Theodericum puerum postea regem Gothorum a patre suo in obsidem accepit.

Xeno an. xvii.

Leo papa an. xvii.

Ethbitus patritius senator in Burgondia tempore famis sustentavit .iiii. m. pauperes et celestis promissionis vocem audivit.

Fulgentius episcopus Ruspensis clarus habetur doctor luculentissimus scientia et fide plenus Afer.

Disputatio illa famosa facta est apud Cartaginem contra Arrianos iussu Honorici regis cuius scripta habentur. Sed prevalentibus catholicis Rex impius Arriana heresi plenus eos usque quaque persequitur, sed non impune. Nam .viii. anno regni sui percussus a Domino scatens vermibus miserabiliter expiravit.

Achatius episcopus Constantinopolitanus in heresi cadens dampnatus et famosus hereticus fuit.

Eugenius episcopus Cartaginensis et Felix episcopus Abritanensis cum aliis episcopis presbiteris clericis et ecclesie membris numero .ccclxxx. miserabiliter tractati et in exilium mittuntur ab Honerico rege Wandalorum. Et totus certus Africanus fortiter pro fide et Christo agonizat.

Dionisia cum filio suo maiorico et germana Dativa, Leoncia filia sancti Germani episcopi et Emilius medicus, Bonifatius martires et confessores absque numero. Multi manibus et lingua abscisis recte loquebantur.

Victorianus proconsul mirabiliter cruciatur. Et Victoria honestissima matrona et alii.

Fames incredibilis facta est que totam Africam vastavit et alias regiones, occasione tamen plures sunt et hic fuerunt [?] per clericos masculinas.

Iohannes Damascenus secundum quosdam fertur hiis fuisse temporibus, alii dicunt post Gregorium. Multa scripta subtilia reliquit.

4643 4663 4673

Hilarius papa an. vi. me. iii. d. x. — Sardus

Simplitius papa an. xv. me. i. d. vii. — Tiburtinus

Felix papa an. viii. me. xi. d. xix. — iii.

ℓ4ℓ ℓ6ℓ ℓ7ℓ

Beatissimus Iohannes Baptista caput suum revelat duobus monachis qui Ierusalem venerant. Gothi autem qui eundem patronum sibi delegerant, in ... permanserunt.

Iste Hilarius dedicavit ecclesiam beati Stephani iuxta basilicam sancti Laurentii. Hic constituit ut nullus pontifex sibi successorem constituat, ut habetur .viii. q. i. plerique. Sepelitur in monasterio sancti Laurentii quod ipse construxit.

Iste Simplitius divisit urbem in quinque regiones. Plures ecclesias dedicavit. Hic constituit ut clerici investituram a laico non recipiant. Quod fuit postea per alios magis roboratum ut patet .xvi. q. vii. per totum. Sepelitur in Vaticano.

Iste Felix sanctus est, ut patet ex sermone sancti Gregorii ubi narrat de tribus sororibus matris sue. Fuit enim attavus eius. Hic dampnavit Achatium eo quod errores receperat Petri Alexandrini episcopi. Hic statuit quod accusator dande sunt inducie, ut ad respondendum se parare possit. Et quod accusatores et iudices tales esse debeant qui careant suspitione. Et in nulla de ipso fit mentio. Lundis. Orosius.

Guntar amirotis rex wandalorum qui post honericum rexit. Eugenium ab exilio revocavit. Et

Casamundus qui post nonem annos ei successit. iterum ecclesias clausit. et cxx. epos exiliavit. eiecit quos symmachus papa clementissimus fuit.

Imperatores

Theodericus arrianus fuit rex gothorum qui totam ytaliam possedit longo tempore. Quasdam tyrannides contra fideles fecit. quapropter fuit proiectus post mortem in os vulcani per Johannem papam & Symmachum patricium. quos iniuste necavit. sicut Gregorius in dialogo

Inventio sancti michaelis in monte gargano fit hic

Solempnis eps carnotensis vir sanctus insignis habetur

Pascasius vir sanctus de quo facit mentionem gregorius in dialogo quod propter quod sustinuit purgatorium quia in scismate pertinaciter adhesit laurentio usque ad finem vite sed ante mortem penituit.

Sancta brigida in scotia claret.

Iste Anastasius malum testimonium habet quia fautor fuit hereticus per achatium constantinopolitanum epm. Cum a papa hormisda moneretur per solempnes legatos ut ab arriana perfidia discederet, Respondit Nos a(u)ctissimus imperator iubere nolumus non a te nobis iuberi Quod arrogantie verbum eterne humiliationis causa fuit licet multis subsecuta sit ultio quia paucis post iusto dei iudicio fulmine percussus interiit. Senatus principibus sue vesanie bonorum relinquens exemplum. Ipse etiam invisabilis fuit nec unquam victoriam meruit. deo pariter omnibus ac hominibus:

Anastasius an. xxvi.

Symmachus patricius vir clarus habetur vir sanctus & strenuus qui regi theoderico iniusto sepe obstitit ob quod tandem ab eo martirizatus est cum Johanne papa

Boetius vir consularis in probabilis sciencie et omni virtute perspicuus fuit gener predicti Symmachi post multa quoque gloriose gessit. tandem exul in gulatur pro iusticia a theoderico dictum quod cum canonizatum sub nomine Severi Quid ita scripsit tota xpianitas testis est. Habuit uxorem prudentissimam Elphe nomine que fecit ympnum: Decora lux eterne pietatis de sancto petro & paulo

Dionisius & Gordianus et alii multi martirizati sunt a laurentio scismatico

Scisma gravi inter Symmachum & laurentium causa fuit discordia eligentium sed symmachus optinuit iudicio concilii in quo Theodericus rex personaliter fuit quia maior pars erat secum Rex post annos quatuor surgit iterum altricatio in clero super crimina obiecta Symacho & facta est scisma Sexta sinodo symachus se purgavit coram concilio et rege cum gloria restituitur

Clodoveus primus xpianus Rex francie circa hec tempora baptizatus est a sancto Remigio Habuit uxorem xpianissimam nomine Clotildim filiam regis burgondie que sepius monuit eum ut relicta ydolatria in verum filium dei crederet sed non acquievit. Postea cum bellaret adversus regem alamanie corruere cepit exercitus eius et infusus lacrimis ait. Jhesu xpiste quem regina mea predicat esse filium dei qui subvenis in tribulatione et das auxilium in te sperantibus tuum devotus postulo auxilium Hic habita victoria venit cum tribus milibus ad baptismum. Columba autem celitus ampullam cum crismate attulit. unde reges francie usque hodie inungi solent Ex tunc eloquens et totum regnum fidem suscepit. Deinceps semper victoriosus fuit et gothos superavit Ex tunc cepit esse devotus circa deum et sanctos eius precipue circa sanctum martinum cui preciosum equum cum aliis muneribus optulit. Cum velleret eum redimere iussit dari centum solidos argenti sed equus nullatenus se movit At rex date inquit adhuc centum et equus solutus abiit ad introitum regis Tunc cum leticia rex dixit vere beatus martinus bonus est in auxilio sed carus in negocio Hic videtur quasi sanctus Constantinus et sancta helena rememorari.

Albanus scotus cum suis fratribus et sororibus clarus sanctitate

Vedastus

Leonardus

Eliphardus

Severinus abbas agaunensis clodoveum sanavit

Arnulphus eps turonensis martir

Melanius consiliarius regis

Albinus vir sanctus cum aliis pluribus illustribus viris qui tunc floruerunt in gallia

Victor.

Marsus

Lantonius

Amicus abbas aurelianensis qui orabat dominum pro filiis clodovei

Anno mundi

4683 4693 4703

Pape

Afer. i. Gelasius an. viii. m. c. viii. d. xviii.

Roma. ii. Anastasius an. i. m. c. xi. d. xxiii.

Sardus Symmachus an. xv. m. c. vii. d. xxviii.

Campanus Hormisda an. ix. d. xvii.

484 494 504

Anno xpisti

Iste gelasius canone misse ordinavit. prefationes ympnos tractus orationes sicut ambrosius fecit. Inter libros apocrifos et autenticos distinxit. xv. dis. sancta romana. Ipse etiam imperatorem excommunicavit. et excommunicari posse ostendit. ut patet xcvi. dis. duo

Iste anastasius primo bonus sed postea seductus est. ab achatio communicans ei ob quod clerus se separavit se ab eo sed quia voluit restituere achatium omnino licet non potuerit. divino iudicio percussus est ut scisma tenendo. xix. dis. anastasius hic dicitur fuisse sedis infamis papa de toto cathalogo pontificum usque dicit quod primus.... liberius favebat arrianis Iste Nestorianis ubique consentiente vesania imperatorum

Iste Symmachus vir bonus cleri & pauperum amator fuit electus cum laurentio. Qui habuit contentiosum scisma cum eodem sed prevaluit in domo ecclesie et theoderici regis. xvii. dis. concilia hic complevit ympnum angelicum Gloria in excelsis deo et cantari instituit et multa vitia statuit Verum cum laurentium ex misericordia fecisset epm nucerinum non reddidit sibi vicem iuxta beneficia prestita sed iterato erexit se contra eum nec tamen sic profecit quia cum symmachus se plene purgasset coram sinodo de obiectis criminibus cum gloria restituitur & laurentius cum suis condempnatus fuit

Genebaldus primus eps laudunensis vir sanctus habuit prius uxorem quam dimittens et iterato admittens gemuit erga deum sancti innuit

Latrone qui ei in episcopatu successit. mirabilem fecit penitentiam

Cantianus rothonensis

Maxentius abbas pictavensis

Iste hormisda vir mansuetus concordiam ecclesiis multa ornamenta contulit. Pauperibus elemosinis intentus Clerum composuit. grecos reconsiliavit qui fuerant excommunicati propter heresim nestorianam. Sepultus apud sanctum petrum

Concilium aurelianense celebratur iussu clodovei quod sanctus melanius congregasse dicitur Et nota quod multa fuerunt concilia aurelianensia

Ennodius doctor ticinensis eps.

Karilephus vir valde sanctus qui nunquam a mulieribus videri voluit. necavit romana devota francie

Iste Justinus totus catholicus fuit. Hic omnia que Anastasius contra ecclesiam fecerat, retractavit. Summum pontificem devote requisivit, scilicet venerabilem papam Hormisdam, et se libenter obedire velle mandavit. Quod et factum est, quia cum Germanus Capuanus episcopus ad eum venisset ex parte pape, ut episcopos ab exilio revocaret, statim fecit, cum magna leticia eum suscipiendo. Ipse Arriana pro fide fecisset, nisi eum Arrianus Theodoricus impedivisset.

Iste Justinianus excellentissimus fuit per omnia. Nam in ipso occurrerunt tria que principem gloriosum faciunt, scilicet sapientia, potentia et religiosa mens ad divinum cultum. Per primum hostes superavit; per secundum mundum iustis legibus ordinavit; per tertium deum glorificavit, eiusque ministris ecclesias edificando opes plures donavit. Nota leges civiles que Romane dicuntur ante istum imperatorem nimis prolixe fuerunt, quas ipse admirabili brevitate correxit et ad libros xii coartavit, de omnibus unum codicem faciendo, quem codicem Justiniani appellari voluit. Fecit etiam librum Institutionum, quem in quatuor distinxit libros. Novas quoque leges quas ipse fecerat, in uno volumine redactas, Novellas vocari fecit, que communiter Autentice appellantur, et sunt per collationes distincte. Omnium insuper veterum iurisconsultorum leges tenentes quamvis in ius liber esse dicebant, grandi labore abbreviari fecit et ad numerum l librorum redegit; ipsumque librum Digestorum seu Pandectarum appellari mandavit. Et debet scribi per ff. Sed hodie mirabili errore apud omnes per duplex ff scribitur, quasi per misterium dicatur, quod communis error facit legem. Causa autem est quia terminum antiquitus quandam similitudinem cum beta habebat, nunc autem duplicato ff. Hiis legibus totus mundus ex tunc et deinceps usque nunc gubernatur et regitur, paucis exceptis que per sacros canones sunt prohibite tamquam mortifere, quia a lege divina non poterant discordari aut non conveniunt Christianorum moribus. Et hoc ideo imperator tamquam verus catholicus desiderans ab ecclesia dici non dedignantur leges humane sacris canonibus obedire. Plurime etiam leges sunt canonizate, per quod ecclesia summa ostendit exemplaritate humilitatis se submittens legibus humanis in quantum non impedivit consecutionem finis sui, qui est vita eterna, quam promisit devotus custodientibus leges sive mandata sua.

Germanus Capuanus episcopus claret. Vide in dialogo Gregorii.

Victor Bozacasimus episcopus qui mortuum suscitavit.

Amicus etiam sanctus abbas Tarnosen. hiis floret temporibus.

Dolinus Sidonius doctor magnus multa scripsit.

Claudius episcopus Viennensis nobilissimus et doctor est.

Cassiodorus gloriosus vir, doctor luculentus, fuit primo senator, cancellarius regis Theodorici, deinde monachus, multa scripsit.

Sanctus Benedictus pater maximus claret, totius ecclesie fulsimentum novique religionis. Hic vir venerandus meritissimos habuit discipulos et plures, nunc ipse optinuit orbem terrarum. Huius vitam scripsit beatus Gregorius in dialogo.

Bellizarius patritius comes Justiniani mirabiliter de Persis triumphavit; deinde missus ad Affricam Wandalorum gentem delevit; dehinc Romam liberavit a Gothis, que per totum annum obsessa fuit. Regem etiam Gothorum cepit et ad imperatorem duxit. Et Roma sepius capitur a Gothis et quasi ad nichilum destruitur.

Arator poeta floret.

Priscianus gramaticus.

Totilas rex Gothorum multas exercet tyrannides.

Victor Capuanus episcopus ciclos paschales scripsit.

Persecutio iterum in Affrica fit catholicis a Wandalis Arrianis. Episcopis quibusdam lingue abscindebantur, et tamen loquebantur.

Anthonii corpus invenitur et in Alexandriam transfertur.

Clodoaldus filius regis Francie presbiter sanctus Monasterium fecit.

Festum purificationis instituitur apud Constantinopolim ad sedandam pestem gravem. Et non sepius leguntur eadem festa instituta, adverte non sine causa, quia durum non fuit recepta vel noluerunt vel aliquid superaddit. Dicitur etiam quod Sergius instituit vel forte superaddidit luminaria. Servato

Benedictus junior qui a Totila multa passus est.

Theophilus fuit qui diabolo omagium fecit, sed per beatam virginem Mariam reconsiliatur Christo.

Castinus Narmensis episcopus.

Medardus Noviomensis.

Maurus discipulus sancti Benedicti.

Romanus similiter.

Gilardus episcopus Rothomagensis frater sancti Medardi.

Germanus Parisiensis.

Eleutherius Tornacensis.

4793 4725 4733

415 425 435

Iste Johannes secundum martirizatus est a Theoderico Arriano cum Symacho et aliis eque catholicis viris. Cuius festum agitur xxvii. madii. Rex breviter post a domino percussus moritur, et in os vulcani ab eis Deum proicitur.

Iste Felix iussit infirmos inungi ante transitum. Unde patet quod nunc sepe statuitur, quia non sufficit extremo quod necesse est sepius replicari aut forte noluerint quod prius statutum fuit. Verum principaliter per Christum institutum est, quia omnia sacramenta per Christum tradita sunt ecclesie.

Iste Bonifacius statuit ut clerici sint divisi a laicis in celebratione misse. Hunc quidam libri dicunt electum in discordia cum Dioscoro, et fuit scisma xxviii. diebus, sed mortuo tunc Dioscoro Bonifacius optinuit. Alii dicunt quod hoc sit factum tempore Symachi, ut infra patet.

Iste Johannes cum Justiniano imperatore magnam habuit altercationem an in Christo una vel due sint nature. Papa autem dixit quod due. Imperator autem ait: aut consenti nobis aut in exilium ibis. Tunc papa tandem dixit: Ego ad Justinianum imperatorem Christianissimum venire desideravi, sed ut video Dioclecianum persecutionem inveni; tamen minas tuas in nullo timeo. Tunc imperator humiliavit se prostratus in terram. Iste papa

Iste Agapitus plene renovavit Justinianum ab errore cuiuscumque. Hic constituit processiones fieri dominicis diebus. Festum eius agitur xxii. aprilis.

Iste Silverius martir est, quia in exilio interfectus fuisse dicitur parvatione Theodore imperatricis, quia Anthemium episcopum destitutum et condempnatum propter heresim restituere noluit. Hic filius est presbiteri per Iunium. Rex enim Theodatus Gothorum corruptus pecunia minas clero et populo mittit nisi in eius electione convenirent. Cuius festum agitur xx. junii.

Iste Vigilius male presulatum intravit, sed bene servivit; persecutiones enim sustinuit sicut Silverius, Gothos superavit. Tandem in exilio moritur post graves passiones Constantinopoli perpessas a Theodora, et creditur martir. Festum eius agitur xxvi. junii. Ipse iussit concilium in Constantinopoli celebrari. Fuit prius archidiaconus Silverii et impius ad papatum devenit, modum in patria qualiter Silverium amoveret; que postea eum peius tractavit, et fune in collo eius misso per totam civitatem trahitur a mane usque ad vesperum. Hoc predixit Bellizarius patricius Romanus, qui Silverium fuitus exilavit, sic inquiens: Huius machinator sceleris non effugiet iram iudicis, ita conveniens, sed de omnibus postea penitens, sortiterque pro fide agonizans, feliciter vitam finivit.

Imperatores

Signa horribilia apparuerunt quedam stella contra lunam veniens intravit. Vive de sambuco nascuntur. Hyemps gravis fuit ut aves manu caperentur.

Fames validissima ut matres pueros proprios manducarent.

Celum ardere visum est in Gallijs et sanguis stillavit a nubibus.

Herculanus episcopus perusinus a totila secto capite martirizatur.

Sinodus quinta Constantinopolitana centum lxv episcoporum et heretici.

Sinodus hec est similis auctoritatis sicut quatuor.

Ista synodus dampnavit heresim Theodori qui dixit alium esse deum verum et alium Christum et quod beata virgo non sit dei genitrix sed hominis tantum. Et Nestorio concordabat. Et nota sex hereses variant nomen iuxta heresiarchas suos quia hec dicta fuit in primitiua ecclesia hebionitarum que sepius fuit destructa et iterum machinatione diaboli resuscitata. Semper tamen aliquid variat aut apponit ut non sit omnino similis. De hoc inde xxiiii q. iii. c. quidam

Templum sancte Sophie maximum in Constantinopoli extruitur per Iustinianum imperatorem quod a constitutione mundi non fuit tale opus ita complete factum ubi est imperator sepultus in pace Christi.

Tempora satis turbulenta et mortalitas magna in ytalia quamdiu fuit imperium in pace fuerunt turbationes undique. Beatus Gregorius sepe facit mentionem de hijs.

Mons magnus in Gallijs ingentium dedit discessus ab alio monte et cum hominibus et ecclesijs in Rodanum precipitatur.

Puer quidam iudeus intra hec tempora in pueris christianorum communicavit quapropter pater indignatus ipsum in fornacem proiecit sed illesus exivit dicens quod mulier illa que in ecclesia est depicta puerum tenens in brachijs pallio suo ignem excussit.

Iudeus quidam isto tempore ymaginem crucifixi telo transfigens occulte sanguis exivit qui iudeum tinxit.

Stephani sancti prothomartiris ossa delata sunt Romam et ibi in tumba cum sancto Laurentio locata.

Gregorius in diuinis eloquijs clarus habetur.

Radegundis sanctissima regina uxor Lotharij claruit sanctitate que postea monasterium intravit.

Brandanus in Scotia claruit vir sanctus pater iii M monachorum.

Machutes discipulus sancti Brandani mirabilia fecit.

Leonardus heremita sanctus Cenomanensis.

Columbanus presbiter venerabilis clarus habetur in hibernia. Hic postea venit in burgondiam constituens ibi monasterium luxouiense et fructus est ingentis magnam :-

Iustinus ii an. xi.

Iste Iustinus bonus fuit in principio et catholicus sed suasu uxoris degenerauit in crudelitatem. Nam suis omnibus odiosus et inermis efficitur. Et

Narses quidam eunuchus totus devotus et misericors erat qui merito sue sanctitatis ubique triumphavit. Totilam interfecit barbaros devicit et totam ytaliam quietam reddidit. Sed diabolus invidens ei cum bene disponeret suscitavit eum imperatricis Sophie contra eum ita ut etiam imperator insultem alienaret se ab eo. Ob quam mordacitatem et iniuriam ultus se fuit longobardos introducendo et aufert ytaliam ne esset sub imperio usque ad tempora Karoli. Nobile exemplum est hic ne principes audiant invidas mulieres per quas sepe diabolus solet facere quod per se non potest.

Sampson dolensis episcopus.

Ethbinus britannicus.

Similinius abbas.

Basolus abbas.

Bandulphus presbiter.

Wingalatus presbiter et alij sancti floruerunt.

Clasiunda in Roma francie uxor hiliarici ... que nocte insultavit et sancta mulier mirabilis claruit.

Paulus leonensis episcopus.

Gregorius turonensis episcopus expositiones sacre scripture fecit.

Digna sancta oritur inter Germanum episcopum parisiensem et Childebertum regem francie quorum quilibet certabat ad subveniendum debilibus et pauperibus et quia unus alium preveniret non modica concertatio erat inter eos ubi manserunt hij :-

Acies ignee visi sunt in celo de quibus post in Emelia et de vestibus quorundam rivus sanguinis effluxit. Domus etiam vineta aspersa sanguine apparuit et signa in vasis que non poterant ablui.

Ytalia tempore huius pontificis absolvitur a iugo Constantinopolitano et ceperunt Romani dominari per patricios et fuit regnum ytalie habitatio longobardorum.

Anno mundi

5763	5753	5763

Pape

	Pelagius	Johannes
	domnus i. an. iiii. m. x. d. xviii.	domnus iii. an. xii. m. xi. d. xxvii.

566	556	566

Anno Christi

Theodebertus rex francie fuit quibusdam Mauro tunc abbati andegauensi plura dedit. Similiter et Clotarius filius eius. Magnus enim miraculis claruit beatus Maurus per omnia sicut Benedictus magister eius venerabilis.

Iste Pelagius statuit quod heretici et scismatici debeant per secularem potestatem arceri xxiii q. v. Relebentes et plura alia. Hic culpatus et diffamatus fuit de morte Vigilij sed coram omni populo tangendo crucem et euangelium sacramento se purgavit :-

Iste Johannes restaurauit cimiteria martirum et ecclesiam beatorum apostolorum Philippi et Iacobi. In diebus suis multa apparuerunt prodigia et signa nova significantia cladem futuram qualis numquam fuisse putatur. Tandem post multa bona opera moritur. Sepultus apud sanctum Petrum.

Iste Tiberius vir sanctus et misericordissimus multas ecclesias restauravit. Erat quoque tam profusus in muneribus largiendis ut uxor eius ei diceret quod dilapidator esset bonorum imperii. Cui ille: Confido in domino quod fisco nostro non deerit pecunia, sed de hiis que dominus nobis contulerit elemosinas faciendo thezauros acquiramus in celo. Et statim cum vidisset crucem sculptam in pavimento, attollens tabulam que indigna est ut crux pedibus calcetur, que debet in reverentia in pectoribus et frontibus fidelium poni, ibique maximum reperit thezaurum. Ipse parum vixit.

Tiberius · ii · an. vii.

Maglorius episcopus dolensis successor sancti Sampsonis.

Amandus vir sanctus postea episcopus traiectensis.

Fortunatus poeta ytalicus episcopus pictavensis multa scripsit.

Leander gothos convertit, post episcopus yspalensis, cui Gregorius misit librum Iob.

Gregorius filius Gordiani senatoris clarus habetur, qui sex monasteria in Sicilia fundavit et unum in urbe, fit monachus ex pretore et post dyaconus, ibi eligitur.

573

Iste Mauritius habuit filiam Tiberii nomine Constantiam in uxorem, quam ei pariter cum imperio tradidit dicens: Sit tibi imperium meum cum hac puella, utere eo feliciter, et habe in mente equitatem et iustitiam propriam esse insignia optimi imperatoris, quibus dictis piissimus Tiberius expiravit. Mauritius autem suscepto imperio multum utilis fuit rei publice. Tandem cum beato Gregorio nimis se detraheret et mortem comminaretur, contra se divinam provocavit iram, meritis tamen beati pontificis hic punitur, sicut eum quotidie pro se orasset. Fuit enim expulsus de throno ad insulam quandam ubi cum uxore et duobus filiis per Focam interemptus est. Si bene servasset doctrinam soceri sui illum ante pedes suos habuisset prostratum, que nunc super se sensit elevatum. Tandem de eius salvatione bona spes est propter causam dictam.

Mauritius · grecus · an. xx.

Hermigildus filius regis wisegothorum et hyspanorum convertitur de infidelitate arriana ad catholicam fidem a patre suo rege martyrizatus est.

Hospitius et quidam Wynnatus brito claret in gallia sanctitate.

Rethardus rex gothorum, quem hystorie tradunt unum fuisse virtuosum, cum esset arrianus, in concilio toletano · lxxiiii · primum conversus est ad veram fidem et cum eo tota gens gothorum monitu et industria Leandri episcopi yspalensis. Magna gratia in populo barbaro et ydolatrie cultui dedito usque modo. Cum malam habuerit famam, nunc etiam sanctos habere incipiunt.

583

Anthiochia subvertitur. Per angelum dei qui in veste alba apparuit ubi tantum vir unus elemosinis vacans liberatus fuit. Quidam dicunt quod memorate civitatis subversa fuit et alia multe pro babilonis salvantur.

Tunica domini in consutilis reperta est in Saphet et in Iherusalem posita.

Inundatio pluviarum maxima fuit, ita ut secundum diluvium crederetur, iterum ventum [illegible]

Mortalitas maxima in ytalia que dicitur inguinaria.

Mirabilia quedam circa hec tempora contigisse narrantur. Cometa apparuit. Puer quadrupes et alter duos vertices habens nati sunt. Sanguinem habere et lux clarissima per totam noctem videbantur. Puer nascitur sine oculis et manibus qui a lumbis infra erat sicut piscis. In nilo apud Egyptum duo animalia apparuerunt humane forme, vir et mulier horribilia aspectu, quasi per unum diem. Sol a mane usque ad meridiem minoratus est de tertia parte. Que omnia aliquid novum solent significare. Quidam putant quod presignaverunt bestialem et monstruosam sectam saracenorum que quasi tertiam partem christianitatis in brevi corrupit, et non longe post hec tempora surrexit.

Letania maior instituitur a sancto Gregorio et angelus apparuit super castrum Adriani. Regina celi angeli cantaverunt primum, et ex oratione illa plaga cessavit.

Augustinus venerabilis monachus vir sanctus cum Iohanne et Mellito ac aliis mittitur ad anglicos convertendos.

Nota sepe fit mentio de diversis regnis et provinciis quod crebro conversa sunt ad fidem, quia non semper in eis permansit fides. In hoc singulariter Roma privilegiata fuit, quod nunquam ibi defecit fides Petri.

Furseus vir sanctus filius regis hibernie clarus fuit habitus hoc tempore.

Gangericus cameracensis episcopus.

Marculphus abbas locasensis.

Goar vir sanctus super renum claruit et multi alii utriusque sexus homines fuerunt digne memorie, vide in registro Gregorii.

Servus servorum dei titulus totius humilitatis summus pontificibus hic instituitur et permanet usque hodie.

593

Benedictus · romanus · i · an. iiii. me. i. d. xviii.

Pelagius · romanus · ii · an. xii. me. i. d. x.

Gregorius · romanus · i · an. xiii. me. vi. d. x.

Romanus ex patre Gordiano senatore nobilis genere, nobilior virtute sed sanctitate nobilissimus, ordinis sanctissimi patris Benedicti monachus dignissimus.

57x

Iste Benedictus multas substinuit persecutiones et vidit mala gentis sue propter famem, pestilentiam et hostes, quia longobardi totam ytaliam invaserunt, in quibus laboribus mortuus est. Sepultus apud sanctum Petrum.

58x

Iste Pelagius ordinatus fuit absque iussione principis. Tunc longobardi obsiderunt Romam et vastatio magna fuit, et quod male inchoatum fuit sub eo in perius proficiebat propter tyrannidem barbarorum et pestem. Ipse misit Gregorium sanctum ad diversa loca in negotiis ecclesie experientissimum. Tandem in peste inguinaria moritur. Sepultus apud sanctum Petrum.

Iohannes elemosinarius clarus habetur, episcopus alexandrinus, sic dictus propter elemosinas quas fecit. Quod ultra quod habuit totum dedit.

59x

Iste Gregorius clarus et magnus propter plura que excellenter habuit, scilicet potentiam, divinitas, nobilitatem, sapientiam, sanctitatem, famam et experientiam. Nichil enim cum in omni statu latebat, prout qui perfecte in omni statu exercitatus fuit. Sub eo pauci latini mala preteritorum temporum quieverunt. De eius inprobabili utilitate qua ecclesie dei in quolibet mirissime prefuit plures conscripti sunt libri, sed et ipse doctor principalis unus de quatuor quanta scripserit tota simul testis est ecclesia dei. Ipse denique solus cum beato Fabiano post sanctum Petrum divinitus in toto cathalogo pontificum honorum ad pontificatum est assumptus. Ipse plura instituit ut patet in eius registro. In canone addidit diesque nostros. Deus in adiutorium antequam inicia horarum dici iussit. Totum officium ecclesiasticum stilo pulchriori, ornatiori et compendiosiori modo renovando composuit, quod permanet usque hodie et dicitur gregorianum de omnibus officiis tam episcoporum quam aliorum inferiorum. Quid ultra, qua gratia enituerit, quanto sanctitatis lumine preditus fuerit, quam presentibus et futuris exemplo operis et scriptis prodesse studuerit, mortalis lingua aut vix aut omnino non posset exprimere.

Iste focas tumultu militum factus imperator dominum suum mauricium occidit et alios plures et quia male incepit peius profecit et pessime compleuit. Nam tempore suo romani grauissime contra persas preliantes fugati sunt et multas prouincias perdiderunt. Tandem ipse spoliatus ab eraclio occisus fuit. Sicut fecit factum est ei more solito

Imperatores

focas — an. viii.

eraclius — an. xxxi.

Cosdras rex persarum iherusalem cepit et alias ciuitates multas valde occidens christianos omnis xc^m et tunc cum zacharia patriarcha captiuum post tunc se deum putaret interficitur ab eraclio. Dicitur quod tante fortitudinis eraclius fuit quod leones sepe prosterneret in harena.

Pharaulfus sancti nobilis et frater cephano comes post meldensis episcopus.

Canealdus etiam frater eorum episcopus lugdunensis claruerunt.

Desiderius episcopus viennensis. vir sanctus. Walbertus vir sanctus etiam frater pharonis discipulo sancti columbani. Et sancta blitechildis uxor pharonis et plures discipuli eius de sancti columbani floruerunt.

Galbus — Andoenus

Eustasius — Hildemarus

Attila

Walaric

Iste Eraclius ex parte bonam et ex parte malam habet in cronicis famam quia in quibusdam valde sancte se habuit ut patet in legenda de exaltatione sancte crucis quia miraculose etiam vicit persas et Cosdram occidit. Sed post victoriam conuersatus cum patriarcha iacobitarum secum de fide disceptauit volens eum ad rectam fidem reuocare sed prochdolor ab eo deceptus fuit incidens in heresim monachelitarum in qua et mortuus fuit. Unde patet quod stultum sit cuilibet christiano extendere sibi a deo constitutam regulam. Quanto enim laici intromittere se voluerint de illis et similibus periculosis quoniam fidei et quando clerici bellis ultro se miscuerint raro aut numquam boni sortitur effectum. Maneat quilibet in vocatione sua et exercat se in hiis que sunt sui officii. Alioquin si inordinate procedit spiritus sanctus aufert se ab eo sine quo nemo quicquam boni potest perficere. Simile de ozia rege iuda ut patet in paralip. xxvi. et sunt exempla plurima. Venit ista maledictio deinde super Eraclium propter superbiam suam quia post illam victoriam paruipendens sibi subiectas prouincias nimis inhumaniter oppressit quod deo supra displicet fuit etiam post hec nimis infelix et plura perdidit. Moritur tandem infeliciter ydropisi et heresi maculose infectus

Ysidorus yspalensis episcopus inter doctores nobilissimus multa scripta reliquit gratiosa subtiliis et auctoritate. Hic uir studiosissimus ultra lxx sectas hereticorum enumerat que contra ecclesiam dei surrexerunt suntque istius temporis et dampnate sunt a sanctis patribus uiuissimus usque ad tempora hec. vide xxiiii. q. iii. c. quidam

Cunibertus episcopus coloniensis

Austregisilus bituricensis

Sulpicius bituricensis

Johannes tungrensis. omnes sancti

Salaberga abbatissa mulier sancta duo monasteria constituit.

Braulio cesar augustensis episcopus doctor clarus habetur

Machometus epilenticus deceptor orbis propheta falsus nuntius sathane precursor antichristi complementum heresium ac totius falsitatis prodigium circa hec tempora vesaniam suam ostendere incepit. Fuit enim magus et incantator vilissimus factusque princeps latronum subtiliter arabes sibi attraxit qui tunc valde ab Eraclio grauabantur persas inuadit et orientes alias multas quibus dedit legem suam dicens se esse prophetam sanctissimum a deo missum etc. Hec eum docuit quidam Sergius apostata tam a monachatu quam a fide christiana qui ipsi legem composuit. Hic velut alter ieroboam decem partes abstulit domini dauid id est ecclesie christi qui pene totum mundum decepit et nisi Karolus et quidam alii principes christiani iuuante deo cultores eius coherciussent totaliter fidem exterminassent. Sergius venit et durauit usque hodie. 1272. finem nouit deus.

Magnobodus andegauensis episcopus vir sanctus clarus habetur

Dagobertus vir omnibus bonis moribus compositus Rex francie fuit. Cuius tempore ecclesia sancti dionisii parisius diuinitus dedicatur

Oswaldus rex Northanimbrorum Anglorum Brotthonum britonum vir valde sanctus fuit operibus misericordie deditus vndique triumphauit gloriose Eius brachium cum dextera manu quibus elemosinas fecit integrum apud vrbem bebabburh perseuerat. Fuit enim interfectus a Penda merciorum rege. Sed postea oswin frater oswaldi eundem Pendam interfecit et gentem merciorum ad fidem christi conuerti fecit. Et pictos regno suo id est anglie subdidit

Anno mundi — 1803 — 1813 — 1823

Pape

Zabinianus (tuscus) — an. i. me. v. d. xxviii.

Bonifatius (iii) — an. vi. me. viii. d. xii.

Deusdedit (romanus) — an. iii. d. xx.

Bonifatius (campanus) — an. v. d. xiii.

Honorius (campanus) — an. xii. me. xi. d. xvii.

605 — 615 — 625

Anno christi

Iste Zabinianus instituit pulsari campanas ad horas diei et quia tenax fuit et sancto gregorio detrahere non timebat ab corporis ipsius interiit. hic igitur est tertius de toto cathalogo pontificum qui formidabili morte et culpabili uita necatus est usque hic

Iste bonifacius statuit ut mitram pannis super altare poneret

Iste bonifacius impetrauit panteon id est templum omnium deorum ubi christianorum perditio habebatur a demonibus et est pulchra similitudo quando spiritus sanctus ex male institutis paganorum fecit eligere sanctorum excelentium deuotionibus quasi medicina fiat ex veneno ubi impii colebant omnes demones ibi christianam colunt omnes sanctos sic ars deludit artem

Iste deusdedit fuit vir sanctissimus dum quendam leprosum oscularetur statim mundatus est. multa bona instituit

Iste bonifacius instituit ut nullus de ecclesia extraheretur et ut acolitus non auderet reliquias leuare. Unde patet quanta fuit olim deuotio in christianitate. hoc tunc clericis prohibebatur quod nunc mulieres etiam indifferenter faciunt et ceteri quique.

Iste honorius fuit vir largissimus pauperibus quotidianas elemosinas dedit. multas ecclesias in argento et auro ornauit. Hic statuit apud sanctum petrum fieri letanias de cuius eruditione ipsum quasi honestissime ordinauit

Sigibertus filius regis dagoberti cum baptizaretur a sancto amando traiectensi episcopo Respondit amen clara voce infans. xl. dierum

Imperium Romanorum circa hec tempora ubique in orbe terrarum cepit deficere irreparabiliter. Nam in oriente Saraceni et in occidente Gothi dominia sibi assumpserunt et demum tenuerunt. Isti Saraceni de exercitu imperatoris interfecerunt .cl. milia pugnatorum. Hic iterum maximum habemus exemplum quod nichil stabile est sub celo quando etiam tanta defecit potestas et prudentia. Causa huius divisionis assignatur. Quidam dicunt quod hoc fecit insatiabilis Romanorum avaritia qui sibi subditas nationes iugo servitutis intollerabiliter opprimebant, quia quamdiu Romani odiebant avaritiam et dilexerunt equitatem dominium orbis habuerunt. Alii dicunt quod heresis orientalium hoc fecit ubi communiter imperatores habitabant et sic exigentibus perversis perversi facti sunt. Nec est quicquam quod ita nequeat occasui subiacere quam vera religio, sed neque in principe aliquid lucidius quam recta fides. Alii dixerunt quod causa huius defectus fuit superbia dominorum qui subiectos despiciebant canes aut asinos nuncupando vel similia, propter quod pudore et dolore saciati exacerbati sunt et fecerunt quod cum illis. Forte omnes hec simul fuerunt una causa, quia per quod aliquid nascitur per eius oppositum destituitur. Sic iam omnes quatuor monarchie defecerunt et non restat alia nisi antichristi, cuius adventum deus novit. Interim dominia diversimode hinc inde variantur in particulari.

Constantinus III
an. xxvii.

Iste Constantinus filius Constantini filii Eraclii fuit qui quarto mense imperii sui a noverca veneno extinctus fuit. Ideo quia breve tempus vixit non fit de eo mentio. Iste autem Constantinus successit ei, noverca illa cum filio suo occisa, et fuit pessimus tirannus ac hereticus dolosus, totus iniquus et catholicis infestus. Nec Martino pape pepercit. Contra Longobardos exercitum ducens superatus est, et Romam veniens cum ei venirent esset a Vitaliano papa et clero susceptus, non retribuit iuxta beneficia sibi impensa debitam mansuetudinem sicut decet principem. Insuper et tirannidem magnam et sacrilegia perpetravit omnia pulchriora deiciendo et transportando. Qui cum tandem in balneo a suis militibus quia eius maliciam noluerunt sufferre occisus est. Hic infeliciter vivens infelicissime mortuus est solito more tirannorum & sacrilegorum deo iuste iudicante suos.

Tonitrus cecidit de celo et fames magna apparet ut putarent homines consummationem seculi advenisse, et signa inventa fuerunt ita ut arescebant iuvenes pre timore propter tonitrua, fulgura ictusque eorum maximos et aquarum inundationes inopinabiles et excessivas. Periit igitur innumerabilis hominum et animalium multitudo. Sequitur pestilentia gravissima cum signo ire dei. Cunctis enim visibiliter apparuit quod angelus unus bonus et alius angelus malus Romam nocte circuierunt, et quot ictibus domus aliquas percutiebat tot ex ea sequenti die moriebantur. Tot tunc moriebantur ut parentes cum filiis, fratres cum sororibus unanimiter in feretro positi ad tumulum portarentur. Per huiusmodi signa ostendit piissimus dominus attritionem peccatorum, sed utinam exemplis aliorum terreamur ut a peccatis desisteremus. Dicunt quidam quod hec pestilentia facta sit tempore Benedicti secundi.

Dagobertus rex Francie interfecit Anglicos qui tunc Saxones dicebantur. Putant quidam quod hec crudelitas Francorum fuerit causa eorum imprudentie et dissensionis.

Audoenus episcopus claret in Gallia sanctitate, discipulus sancti Columbani.

Eligius aurifex vir sanctus.

Ado, Rado, Dado fratres: presbyter spiritualis fuit iste, qui multa monasteria fundavit in Francia omnes.

Remaclus sanctus. Agilus abbas sanctus. Austrasie abbatissa sanctitate clare. Cepit fides in oriente & fuit hoc tempore.

Arnulphus vir beatus ante prefecturam Pippini dux Lotharingie, deinde heremita, post episcopus Metensis. Eius uxor sancta Doda Treveris inclusa Christo vacabat, et sanctus Clodulphus eius filius episcopus Metensis. Dicunt quidam quod fuit avus Karoli magni, sed hoc ratio non admittit nec ratio temporis consonat; sed Karolus Martellus fuit filius Pippini illius qui erat proavus Karoli magni.

Ierusalem capta fuit a Machometistis, qui Sarraceni professi sunt, qui in loco antiqui templi novum erexit supersticiosum.

Reginulpha virgo sancta.

Rotoaldus episcopus Treverensis.

Beuora abbatissa ibidem soror eius.

Gertrudis cognata eorum et sanctus Furseus cum duobus fratribus sancto Foillano et Ultano, omnes filii regis Hibernie, claruerunt in Galliis. Furseus Latiniaci cenobium fundavit et Foillanus Fossense monasterium erexit, dono sancte Gertrudis, ubi idem martirio coronatus quiescit.

Sigibertus rex Francie .xii. monasteria fundavit et fuit magnus fructus in Francia & Anglia per viros sanctos.

Clodoveus rex Francorum irreverenter corpus sancti Dionisii discooperiens os brachii eius furtive deportavit, ob quod in amentiam versus fuit.

4833 — 4843 — 4853

Severinus Romanus	Johannes Dalmata	Theodorus Grecus	Martinus Tuscus	Eugenius Romanus	Vitalianus Campanus
an. i m. [illegible] d. [illegible]	an. i me. ix d. xix	an. vi me. v d. viii	an. vi me. i d. xxvi	an. ii me. viii d. xxii	an. xiiii me. vi d. ii

632 — 6[illegible] — 642

Iste Severinus fuit vir sanctus, benignus, amator cleri, circa pauperes largus, circa Romane ecclesie diligens, quam in prediis & ornamentis mirabiliter ampliavit. Eius tempore quidam Mauricius cartularius cum suis satellitibus ecclesie thezauros diripuit. Infelix sacrilegus non veritus miraculum gratie de Lateranum cum totam urbem incitasset contra erarium Lateranensem, nullus potuit episcopum non dico infirmorem sed hec interire. Qui vides pacem simulata tandem perfecit quod intendebat, accipiendo quod pro sustentatione pupillorum, viduarum & pauperum christianissimi imperatores illic posuerant. Quod omnia infeliciter perierunt. Eraclius fuit particeps sacrilegii huius, cui misit partem de predictis ablatis.

Iste Johannes multa milia hominum de servitute redemit ecclesie thezauris pia motus intentione per Histriam et Dalmatiam. Hic fecit adduci reliquias sanctorum Vincentii et Anastasii et aliorum martirum et Rome collocavit.

Iste Theodorus super omnes misericors fuit, largus, benignus, pauperum amator. Hic statuit cereum benedici in sabbato sancto, et Paulum Constantinopolitanum episcopum quia a patribus sacrosanctis anathemate percussit.

Iste Martinus sanctus est qui fortiter pro fide agonizavit. Dum quidam eum extracto gladio interficere vellet dum adhuc ante altare constitutus staret, cecus effectus est. Ipse convocata synodo in urbe dampnavit Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pirrum et Paulum hereticos. Quem Constantinus cum in exilium misit. Festum eius agitur x. novembris.

Iste Eugenius sanctus fuit, mitibus affabilis & benignus. Sepelitur apud sanctum Petrum.

Iste Vitalianus cantum Romanorum composuit et organis concordavit. Ipse habuit gratiam imperatoris qui suis predecessoribus offensivus fuit, tamen postea non sic permansit. Nec usque huc potuit inveniri quod umquam ecclesia Romana habuerit plene post mortem Constantini magni dominium urbis et aliorum que ipse contulerat, nisi forte temporibus quorundam piissimorum principum paucorum. Ymmo iste Vitalianus pro magna gratia accepit quod imperator iste pessimus privilegia ecclesie confirmaret et non de post infregit.

Imperatores

Nota hic diligenter multa mala sequuntur quia dominium transiit hoc supra de assiriis medis et persis clarescit et grecis similiter in libro de romanis sed hic precipue. Nam sarraceni Affricam et Siciliam invadentes nisi non esset qui resisteret tirannidi eorum etiam hyspaniam sibi subiugavit undique xpianum nomen delendo. In qua invasione multi martires effecti sunt qui constantes permanserunt et fuit tribulatio magna. Turbato enim dominio multi homines assumunt audaciam male faciendi. Hi et se et alios dampnando in vita et doctrina atque ad prelatos & principes contempnendos. Et est revera horrendum spectaculum qualiter iste mundus miserabilis agitatur sine intermissione. An non satis divinum esset post labores & erumpnas tandem mortis dominio subiacere nisi etiam tot cladibus et terribilibus plagis continue laniari. Non sufficit humano generi semel a deo dampnationis dirám accepisse sententiam nisi et plurimas sibi peccando superaddat. Soluit primum est causa miseriarum hac divina severitate iuste se iudicante. Verum nemo sic cogitet quasi hec digna sit retributio pro tantis piaculis sed respectu futurorum que peccatoribus debentur ista sunt quedam suavia pluvia. O quis finis illorum qui non reddunt si etiam hic tanta patiuntur electi :—

Iste Constan. fuit catholicus & bonus zelosus pro quo contra hereticos ecclesias reparavit et contra Rome ecclesie reconciliavit. Synodum sextam congregavit in qua permissum est grecis presbiteris et ceteris orientalibus uxoribus legitimis uti sed ordinatis nequaquam qua celibatum voluntarie tempore ordinis et ante susceperat. Et est hic manifeste advertendum quantum bonitas principis valeat ad bonum et quietum statum ecclesie fideique promotionem. Verum permittente deo sarracenis et bulgaris resistere non valuit sed cum eis pacem fecit annua tributa solvendo. Tandem bona potius morte transiit ad xpm sepultus in Constantinopoli

Costantinus
.iiij.
an. xvij.
filius constantini

Cesariavera persarum clam ad constantinopolim venit et se baptizari fecit. Quod audiens Rex mandavit ut rediret sed illa noluit donec pacifice veniens cum .xl. militibus baptisma suscipit nomine dominus quod fuit eius. Maluit mulier sancta gloriosam vitam abicere quam xpi paupertatem non agnosci :—

Sexta in constantinopoli .cl. patrum. Cuius celebrata .689.

Par in auctoritate quatuor principalibus prehabitis

Nota sex sunt synodus principales quia auctoritate est par evangeliis quia evangelica veritas per eas declarata est contra sex principales hereses que nimis invaluerunt contra ecclesiam per hereticorum subtilitatem ad decipiendum simplices et tirannidem ad affligendum constantes terrendumque pusillanimes. Ista autem sexta dampnavit heresim monachelitarum qui unam volitatem & operationem in xpo dixerunt

Bulgarorum regnum exortum est qui valde affligunt imperium. A scithia nescientes. Traciam invadunt. Kallinicus inventor ignem invenit et Romani naves sarracenorum combusserunt

Theodericus rex francorum multas facit tirannides post victus a pippino :—

Stella magna apparuit in oriente

Pestilencia sequitur et mons quidam in campania eructuavit ignem

Iustinianus
ij
an. x. filius constantini

Sancta berta virgo & abbatissa clara in gallia

Bladildis regina francie postea monacha

Genesius lugdunensis

Proiectus &

Marinus martir cum servo suo

Marcelendis virgo & martir pro virginitate miraculis clarens

Rex admulfus fit monachus post episcopus ludisfors

Amandus exulat

Theodorus archiepiscopus colonie

Leodegarius augustensis

Chilianus episcopus

Edultrudis regina anglie que tribus viris nupsit & virgo permansit & alii plures sancti, vide in speculo

Vigilius anthiosiodorensis

Audoenus Rothomagensis

Leufredus heremita

Willibrordus cum duodecim sociis venit de anglia postea episcopus Traiectensis.

Rex Anglie qui et saxonum quia saxones angliam optinuerunt novo nomine insule mutatum fuit. Hic venit Roma et a sergio baptizatus statim moritur cum volanter ad xpm

Anno mundi

4863 — 4873 — Anno xpi dixerunt — 4883

Pape

Deodatus	Domnus	Bonifatius / Agathon	Leo	Benedictus / Iohannes	Zeno	Sergius
romanus	romanus	[illegible] / siculus	siculus	[illegible] / syrus	romanus	syrus
an. iiij. me. ii. d. v.	an. iij. me. vi. d. iij.	an. vij. m. ij. / an. ij. m. vj.	an. iij. me. x. d. xviij.	an. ij. m. x. / an. j. d. x.	an. ij. me. xi. d. ix.	an. xx. me. viij. d. xxiij.

666 — 676 — 686

Anno xpisti

Iste deodatus tante fuit benignitatis ut nullum hominem a magno usque ad minorem absque consolatione dimitteret. Sepultus apud sanctum petrum. Eius tempore corpus sancti benedicti cum corpore sancte scolastice transferuntur de monte Cassino ad monasterium floriacense hoc gallici dicunt sed ytalici omnino contradicunt quod adhuc sit in monte Cassino maneat pietas & revelabitur veritas

Iste demus decoravit illum locum ante basilicam sancti petri qui dicitur paradisus. Sepultus ibidem

Iste bonifacius non habetur in quibusdam libris & secus dicitur bonifacius ut hic dicitur fuisse in quodam perfectisse paradisum apud sanctum petrum Ratione huius diversitatis non reperitur

Iste Agatho invenit dum leprosum quendam oscularetur statim mundatus est. Ipse reconciliavit etiam Ravennam que diu rebellis fuit & nunc ad obedientiam Rome ecclesie rediit edocta quia non est leve contra stimulum calcitrare. Ipse etiam de consensu principis iussit celebrari sextam synodum ubi greci redierunt ad obedientiam apostolice sedis post plagas varias quia tale reperit unusquisque suum inferiorem qualem se suo exhibet superiori. Qui bene obedit deo et prelatis ille similiter bonam in subiectis suis invenit obedientiam et econverso hec est lex divine iustitie :—

Iste Leo vir sanctus greca & latina lingua sufficienter eruditus. Eloquentie quoque singularis erga pauperes non solum mentis pietate sed etiam studii labore sollicitus. Hic constituit pacem dari post Agnus dei et ut pro usu pallii archiepiscopus nichil persolvere teneatur. Festum eius agitur .iiij. kalendas iulii. Sepultus in ecclesia sancti petri

Iste benedictus per omnia studiosus in vita concordavit cum nomine. Eius tempore fuit maxima pestilentia. Hic ab imperatore privilegium sumpsit quod electio sine imperatore fieret. Sepe enim iste honor fit est imperatoribus ab ecclesia propter varias causas per tempore occurentes

Iste Iohannes fuit vir strenuus moderatissimus scientia redimitus de anthiochia

Iste zeno fuit vir valde sanctus qui se numquam causis & rebus secularibus immiscuerat. Erat aspectu angelicus canitie venerandus moribus & vere religiose vite sermone veridicus ac constans. Hic electus fuit concorditer etiam laicis consentientibus. Magna enim dissensio erat quia clerus intendebat in petrum archipresbiterum et exercitus in theodorum presbiterum sed tempore suis omnes tandem vota concordant in istum dignissimum

Iste Sergius magne sanctitatis et commendabilis vite fuit. In cuius electione magna dissensio fuit. Nam una pars cleri intendebat in theodorum archipresbiterum. Altera in paschalem sed volente domino tandem in hunc virum venerabilem convenerunt. Hic corpus sancti leonis primum transtulit invisibiliter revelante sibi deo. Ipse etiam invenit magnam partem sancte crucis in loco obscuro. Agnus dei ter cantari iussit in missa. Sepultus apud sanctum petrum :—

Iste Iustinianus fuit bonus prudens largus qui Romanum imperium non modice ampliavit et ecclesiastica officia plurimum honoravit. multas leges condidit sed postea depravatus cum sextam synodum infirmare voluisset et ecclesiam turbare decimo anno imperii sui a Leone patricio et Tiberio ac Gallinito patriarcha captus fuit privatusque naso et lingua regno expellitur et apud Chersonam exilio relegatur. Et fit inde magna turbatio in ecclesia propter scismaticos et hereticos. Nota quod in summis dominiis fuerint violentie tunc errores multiplicantur quia non est qui errantes corrigat et a malo cohibeat. hoc valde sepe experta est ecclesia. Et tunc est altercatio inter Leonem et Tiberium sed prevaluit Tiberius et Leonem abscisso naso exulavit anno tertio imperii sui et regnavit post. eo Iustinianus autem fugit ad Sarracenos et Bulgaros qui eum restituerunt imperio omnesque Leonem et Tiberium qui hereticis favebant. Tunc vero Iustinianus reconcilians se gremio sancte matris ecclesie et valde penituit. Sed quia nimis crudeliter vindicavit se de suis adversariis itaut etiam innocentes pueros eorum vellet interficere ideo interfectus fuit cum filio a Philippo quem exulaverat.

Leo — iii — an. iii. in via sortitur imperium

Tiberius — iiii — an. vii. in via sortitur imperium

Iustinianus — secundo qui supra — iterato an. vi. cum filio Constantino

Philippus — hereticus in maiore — an. i. men. vi.

Anastasius — catholicus — an. iii.

Theodosius — catholicus — an. i.

Leo cum Constantio filio suo — hereticus — an. xxv.

Iste Philippus hereticus fuit per fuit modicis diebus et quia interfecit dominum suum ipse etiam male periit sicut fecit factum est ei.

Iste Anastasius fuit vir fidelis et catholicus et quia Philippum excecavit ideo Theodosius contra ipsum pugnans vicit et ordinatus presbyter quiete vivendo.

Iste Theodosius totus catholicus et humilis fuit et premisse sicut fecit finem est et quia Leo eum deposuit et presbyter est ordinatus.

Iste Leo cum esset potens Theodosium deponens pro ipso regnavit. hic fuit seductus per quendam apostatam ut omnes ymagines sanctorum auferret et exureret. Quare etiam tam bellis pestilentiis quam aliis diffortuniis punitus est. Et quia contra papam Gregorium pertinax mansit ideo totum regnum occidentis ab eo abstulit mandans ne sibi obediret quisquam vel vectigalia mitteret dicto. Et quia benedixit sibi viri ei contradixerunt et multa ti et exiliati sunt ab eo plures. tanto in perfidia miserabiliter defunctus est.

Pippinus primus dux Francorum multas victorias habuit fuit fide catholicus et ecclesie dei specialis defensor. veniam in uno excessit quod adulterium commisit ad tempus. hic habuit castrum Colonie quod dictum fuit Capitolium ipsum est nunc ecclesia beate Marie quam venerabilis Plectrudis regina fundavit ex opere eius fundavit et aliud regio excoenavit. Idem Pippinus Frisones ad fidem duxit.

Sanctus Lambertus martir iusticie filius aprilis comitus post multa opa sanctitatis martirio consummatur est a Dodone duce armigero quod dixit quod sororem eius Alpaida non esset legitima uxor Pippini quia eam dimittere et fratris vivere adhuc plebitudine. hic est zelus Helye et Iohannis.

Beda venerabilis presbiter per quem gratia mirifice auctus claret in Anglia multa scripsit. hystoriam valde famosam reliquit fidelis laborator in ecclesia usque in senectam fuit.

Westphalia incipit convertitur circa hec tempora per primum duo Eualdi scilicet albus et niger predicaverunt qui post martires effecti sunt in comitatu de hora tempore bremensis civitatem. Corpora eorum translata sunt.

Sancta ora dux Colonia civitatem Aquitanie claret.

Michaelis sancti archangeli templum in monte constituit sicut in Gargano.

Sanctus hibertus transtulit sedem episcopalem cum corpore sancti Lamberti Leodium.

Romam multos Sarracenos interfecerunt hoc tempore.

Hereticis ymaginum serpit sic dictum quia ymagines sanctorum que sunt libri laicorum auferre voluerunt quasi ydolatrie cultum videret quod motum fuerunt ex instinctu Sarracenorum. Sic patet quo ecclesia exerceretur continue.

Karolus Martellus filius Pippini immensas victorias habuit contra infideles diminuit adimit. fuit victor gloriosus per omnia sed quia bona ecclesiastica sibi usum parat propter incertitudinem bellorum ideo in penis infernalibus anima eius visa est nunciari ab Eleutherio viro sancto. quid etc.

Duo reges Anglie venerunt Romam et fuerunt monachi immortales domino de incepto militantes.

Scisma viii ecclesie inter Zinzimum et Dioscorum quod fuit consummatum per successores eorum. Et fuit grandis perturbatio in ecclesia quia tam in principio quam in fine fuit altercatio scandalosa.

Aripertus Longobardorum rex vir pius et misericors iustusque senectute sollicitus per regnum fuit rationem de singulis inquirens et quale iusticia vasalli sui populo facerent bonum exemplum.

4893 4903 4913

Leo — ii — an. ii. me. x.

Iohannes — v — an. i. me. ii. d. xviii.

Iohannes — an. iii. me. vii. d. xviii.

Zizinus — d. ix.

Constantinus — an. vii. d. xv.

Gregorius — an. xvi. me. ix. d. xx.

69x 70x 71x

Iste Sergius reduxit ad unionem synodum aquileiensem que noluit recipere sextam synodum Constantinopolitanam. Et fuit grande scisma in ecclesia quia duo universalia concilia contra se dissentiebant.

Iste Leo ii fuit propter paupertatem venerum et non ponitur in cathalogo pontificum forte propter malum introitum et sequens dictus Leo iii. Nichil tamen mali contra se scribitur nec propter fuisse.

Iste Iohannes vir suis inimico carens fuit sed aliquo autem propter quamdiu non dicitur hystorie putatur tamen quod a duobus scilicet Beneventano aut Spoletano pro defensione iurium ecclesie utrumque enim istorum vexabat ecclesiam et fratres eius quia vicinum et multos reperit. Sepultus apud sanctum Sebastianum ad catacumbas.

Eualdi duo sancti presbiteri predicationis gratia de Anglia venerunt in Westphaliam et in villa quadam laer dicta suis precibus fontem de rupe traxerunt campum sanctum sic dictum usque hodie in usus pauperum conservantes ubi sepe mira contigerunt contra testamentum scorum facere volentibus. Vocantur ibi vulgariter dominum mi de sancto campo vel prato.

Iste Iohannes vii eloquentissimus fuit facundia eruditusque sancte Marie oratorium beate Marie construxit in quo sepultus est.

Iste Zinzimus pariter supra habuit scisma contra Dioscorum quod continuatur post mortem Bonifatii et Dioscorum tamen mortuo Dioscoro qui per unum tenebat hospitium Bonifatius restituitur. Nec fit de hiis mentio quia forte propter scisma in dubium venit an esset veri successores beati Petri et fuit tribulatio in ecclesia undique intus per unum foris timor omnes.

Iste Constantinus fuit vir mitissimus et ita benignus quod ab omnibus amabatur. Profectus ultra mare in Constantinopolim ad Iustinianum imperatorem a quo cum magno honore receptus fuit. Philippum tanquam hereticum exorbitavit quia ymagines sanctorum delevit. Sepultus apud sanctum Petrum.

Iste Gregorius fuit vir castus divinis scripturis eruditus loquela facundus constans animo rerum ecclesiasticarum defensor sollicitus et hostium ecclesie impugnator fortissimus.

Et non mirabile tempora incepit dominum pape plus solito etiam in temporalibus se opponere imperatoribus propter perfidiam eorum et etiam transferre imperium de gente in gentem prout tempus postulabat. hic Leonem anathematizavit eo quod ymagines sanctorum exurit. Idem namque Leo iussit isti Gregorio ut etiam comburerent sed non curavit immo contra eum audacter iussit oppositum. Per quod destructionis imperii principalis causa fuit heresis. Nam ob hoc fideles populi unanimiter cum prelatis suis adherentes domino pape coegerunt imperatores cessare a tirannide heretica.

Sarraceni prosiliunt in penis totam hyspaniam subicientes et nisi Karolus marcellus et quidam alij occurrissent in galliam similiter invasissent.
Et nota quod plures eos devicit et semel .ccc. milia et ultra de ipsis occidit de suis .M.D. tantummodo prostratis

Constantinopolis a sarracenis obsessa fuit sed per beatam virginem liberatur. Et cantant heremite visio mirabilis ostensa fuit de Joseph qui dominum sepelivit. Et post paucos annos .ccc. milia hominum in pestilencia obierunt ibidem

Inperatores

Cirus constantinopolitanus episcopus exul pro fide

Cesarius arelatensis docet monachos

Albinus andegavensis episcopus

Egbertus sanctus de hibernia venit in galliam

Wolfrannus episcopus senonensis

Emericus episcopus senonensis

Etherius episcopus aurelianensis

Aioilphus episcopus Coloniensis martir

Bonifatius episcopus qui germanorum gentem ad fidem convertit, post martirizatur a frisonibus. Magnus archiepiscopus maguntie

Radbodus dux frisonum maluit in inferno esse cum multis quam cum paucis in celo. Non enim noverat pressuras eorum. Malus iocus. Sed filius eius morte subita territus conversus fuit.

Translatio sancti Augustini de sardinia in papiam solempnissime facta est per lampardum regem longobardorum devotum

Egidius abbas sanctissimus clarus habetur ex greca venit in galliam

Germania ad accepit fidem conversa est hoc tempore ubi primum predicavit bonifatius missus a gregorio secundo

Monasterium sancti benedicti resurgit in monte Cassino a quodam brixiano similiter quedam monasteria ditissima fundantur scilicet lamama et fuldense

Germanus aculatus (?)

Herminus episcopus lobiensis

Petrus episcopus damascenus

Petrus maior martires

Concilium generale celebratur in urbe anno primo huius gregorij contra hereticos in quo ymaginum sanctarum veneracio approbatur et contradictores excommunicantur

Iste Constantinus totus perversus et hereticus pessimus fuit ita ut etiam demonijs immolaret ecclesiam persequebatur et nichil memorie dignum egit. Sic permittente deo ecclesia longo tempore afflicta est more solito quia in hoc mundo pressuram habebit et angustias cum persecucionibus. Tandem constantinus clamans ignem sum inextinguibili traditus expiravit

Tercius Constantinus an. xxxv.

Pippinus filius karoli marcelli fit Rex francie per zachariam papam fuit vir valde catholicus per omnia victoriosus ecclesieque Romane specialis defensor In nullo deficit a patrina strennuitate

Karolomannus frater dicti pippini divino tactus timore dimisso regno fit monachus

Rachis rex longobardorum per zachariam admonitus ut a persecutione Romanorum cessaret acquievit Insuper et monachus efficitur

Hildericus rex monachus efficitur forte motus fuerit propter horrendam dampnationem Karoli marcelli quia periculosum est esse in potestate et pauci evadunt secundum quod ita fecit pro fide idem Karolus et tamen propter unam illam causam eternaliter dampnatus est.

Translatio sanctissime marie magdalene a civitate aquensi ad monasterium virtiliaci vel vizeliaci facta est a gerardo duce burgondie

Anno mundi

4923	4933	4983	
Pape	domnus iij. Gregorius an. x. me. viij. d. xxiiij.	Zacharias an. x. me. ij. d. xv.	
72[illegible]	73[illegible]	7[illegible]	

Anno christi

Iste gregorius dictione successit predicto et honestate eius de zelo atque constantie animose contra imperatorem processit et optinuit intentum. Concilium celebravit in urbe contra hereticos. Per magnum Karolum vocavit in subsidium ecclesie contra longobardos. In canone addidit quoniam hodie sollempnitas. Vienne archiepiscopum instituit

Iste zacharias fuit vir benignus omni virtute ornatus omnibus amabilis propter mititatem suam. Regem francorum scilicet hildericum deposuit et loco eius pippinum instituit quia utilior fuit. Hic patet potestas ecclesie quanta fuerit hoc tempore quo regnum illud famosissimum transtulit de veris heredibus ad genus pippini propter legitimam causam ut habetur .xv. q. vi. alius

Mirabilia contigerunt circa hec tempora. Terremotus mirabilis. Ciuitates quedam motatione diuersis montibus una in illis transmigrauerunt ad loca campestria ultra sex miliaria et non sunt fracte. In mesopotamia terra disrupta est ad duo miliaria. Animal mulinum loquitur humana uoce. Cinis de celo cecidit. In mari pontico glacies fuit in spissitudine xxx. cubitorum habens per centum miliaria et in x. xx. cubitorum sicut mons cecidit super illam. Stelle ceciderunt de celo i. a sub et territi sunt homines extimantes finem mundi adesse. Unde in speculo. Quod mirabili simulatione hec signa preostentarunt sequentia declarant.

Remigius Rothomagensis archiepiscopus claret sanctitate.

Cenobium in caturgensi territorio dedicatur a domino presente stephano papa et pippino rege.

Corpus sancti siluestri transfertur monachum fundatum ab anselmo.

Lullus uir sanctissimus successor beati bonifatij in archiepiscopatum maguntie¹ [?] uia.

Translatio trium martirum solempniter fit a roma in galliam. Nam gorgonius in gorzia Nabor in hiluiaco et Nazarius in loriskam ponuntur. (claret)

Sanctus Sturmi primus abbas fulden. monasterij claret.

Caput sancti Johis baptiste in aquitania uenit et plures annis pippini in bello interfecti rediuiui illico resurrexerunt.

Cesares infinitus fuit a constantino isto persequto beato putatur quinque fuerunt aliqui iparatorum etiam paganorum qui sic eum damnauerit. Afflicta est enim ecclesia ualde sancta persequentes uenerationem ymaginum sanctorum apostolorum sanguinem effusum largiter. Rex Imperatoris ipsius simonia non mansit impunitus. Nam repleto misticis uigilantis horribiliter clamans ignem sentiens ex inextinguibili tradit expirauit.

Imperium byzantinum fit circa ista tempora qua stephanus papa transtulit ytaliam et cetera in karolum uiuente adhuc quem leo tertius postea inferioravit. Constantinus autem grecorum cum aliis regionibus tantummodo orientis laborose retinuit.

Gengulphus miles claret magnis in gallia. Fonte emit que in burgundia orum fecit. Fuit separatus ab uxore adultera cuius anus cantauit eo quod derideret miracula eius.

Sanctus ... de ymagine christi emanauit qui homines sanauit. Et iudei qui ipsam pupugerat conuersi sunt. Pulchre primus deus ostendit miraculum gratia de tempore isto pro confutatione heresis et confortatione fidei.

Petronille sancte corpus transfertur in titulo quem petrus scripserat. Aurea petronille dulcissime filie.

Tempora sanguinolenta multumque turbulenta fuerunt undique quia sarracenis et paganis et etiam christiani inter se plurima bella consecerunt. Quorum karolus magnus diuina uirtute adiutus principalis actor fuit et triumphator gloriosus licet non sine magna strage suorum per longa tempora uide gestis eius.

Iste Leo etiam peruersus fuit minus domini quam patricius hic cupiditate uictus coronam quandam auream de ecclesie abstulit et capiti suo imposuit statimque febre corripitur et spiritum exalauit. Habuit uxorem pessimam nomine hirenam que regnauit statim post eum cum filio.

iiii. **Leo** an. v.

Karolus adhuc iuuenis secundum concorde ... super ... fuit filius pippini mater eius berta uocabatur.

Turchi qui de montibus caspiis exisse dicuntur armeniam maiorem infestant et uastant. Cum autem pestilentia eos atteret suasi sunt a christianis ut in modum crucis se tonderent et cessauit. Et ex tunc illi usui suauerunt.

Alcuinus uir doctissimus sancte uite claruit. Mortem karoli multa scripsit et reformauit.

Horribile miraculum contigit turonis qua in monachi ecclesie sancti martini delitiis et pompis uacaret et omnes uno excepto ab angelis suffocati sunt. Alcuinus autem illud plene reformauit.

Saxonia conuertitur ad fidem populus olim durissimus et ualorum summe petitus. Karolo superati colla inseruit. Et est mirabilis dispensatio iudiciorum dei inscrutabilisque que proficit et deficit fides pro diuersitate locorum et temporum. Jam corpus et affrica et asia actius uastate fuerunt et erte quasi fides uolasset ad populum paganum prouenit. Huius simile sepe reperitur.

Frantia in flore et tota gallia simul ubique triumphat et etiam ultra montes et mare sicut olim Roma Et

Gothorum regnum et longobardorum cessare facit quod incepit anno domini .ccl. uel circa.

1943 | 1963 | 1913

romanus ii. **Stephanus** an. v. d. xxviii.

romanus i. **Paulus** an. x. me. i.

romanus ii. **Constantinus** an. ii. me. i.

... iii. **Stephanus** an. iii. me. v. d. xxviii.

Rom. i. **Adrianus** an. xxiiii. me. x. d. xviii.

712 | 762 | 772

Iste Stephanus per omnia utilis fuit ecclesie tam in uerbo quam in doctrina spiritualia et temporalia strenue gubernando pauperum amator et defensor erat. Hic pippinum unxit in regem. Francorum et contra longobardos misit ut eos compelleret ad restituendum quod in multo tempore iniuste detinuerunt quod et factum est. Ipse etiam transtulit imperium de grecis in francos ut patet de elec. uenerabilem extra quam Leo tertius execucioni demandauit.

Iste Paulus uir sanctus et mitissimus fuit constitutus de diuino officio frequendo in quadragesima Nulli malum pro malo reddidit. Sed cum paucis familiaribus suis de nocte per cellas infirmorum et pauperum incarceratorum circuibat eis necessaria ministrando. Uiduis et pupillis aliisque eorum papale debitum exhibuit opem ferendo tamquam uerus successor sancti pauli.

Iste Constantinus fuit laicus et subito factus presbiter tirannice papatum inuasit et magno scandalo prefuit. Cuius papatus zelo fidelium cecatur et oculus priuatur. Iste uiginti esse quinque cardinalibus tamquam pro ... uice ita ipsis sedi apostolice in omni honore et sanctitate custodiuit.

Iste Stephanus omnia errata Constantini emendauit degradatis hiis quos ille ordinauit in concilio synodo generali. Sepultus in uaticano.

Iste Adrianus fuit uir preclarissimus nobilissimus genere atque potentissimus. Multa magnifice parauit et ut uidetur ante eum non fuit. Ecclesias in gloria spirituali ac diuitiis diruta reedificauit. Turres et muros urbis extruxit. Regnum longobardorum cessare fecit per karolum. Synodos duas solempniter celebrauit. Ecclesias et monasteria multa instituit. Ius karolo super ordinatione sedis apostolice et inuestitione episcoporum ac abbatum in generali concilio dedit propter uiolentias tirannorum coercendas ut lxiii. dis. per totum. Tandem hic beatus pontifex post laudabilem uitam sepultus apud sanctum petrum.

Iste Constantinus bonus et pius fuit. matrem suam amovit a regno ut sine consortiis femineis incederet. Sed illa simulato rancore postea ipsum excecavit et etiam filios suos et iterum regnavit annis tribus. Demum cum greci preperent quod Karolo Magno nubere voluisset, eam ceperunt et in quodam monasterio incluserunt Nicheforum assumentes.

Iherusalem circa hec tempora recuperatur per Karolum cum tota terra sancta et Sarracenorum secta ubique vastatur ad orientem quia tempus invasionum venit.

Iste Michael fuit vir catholicus amabilis omnibus et universis sane doctrine adversantes mitebatur ex timore ac omnes quos leserat avaricia Nichefori consolatus est ipsos ditando.

Iste Nicheforus avarus fuit plurosque lesit. fuit ad imperium per grecos sublimatus. Sed non prosperabatur quia imperium orientale tempore eius quasi ad nichilum est redactum. Romani autem ad Karolum se unanimiter contulerunt.

Translatio Imperii facta est per sanctum Leonem papam tercium de grecis ad francos cum unanimi consensu Romanorum iustis et necessariis causis post longam patientiam ecclesie dei que correctionem emendationem expectabat. Et quia nimis defecerunt a primorum pietate dimissi sunt.

vi Constantinus cum hirena an. x.

Nichefor an. ix.

Michael an. ii.

Francus p. Karolus magnus an. xiiii.

Lamina aurea inventa est in Constantinopoli super corpus cuiusdam defuncti in quodam sepulchro in qua sic erat scriptum: Christus nascetur de virgine Maria et ego credo in eum. O sol iterum videbis me sub Constantino et Hirena.

Sol obscuratus non apparuit xvii diebus. Signum crucis apparuit in vestibus hominum et sanguis de celo in terra profluxit.

Synodus vii celebratur in Constantinopoli contra heresim ymaginum in qua iterum greci destituti sunt asserentes spiritum sanctum ex patre et filio procedere.

Godefridus dux de Danamarchia princeps christianis infestus. Floruit hic tempore Karoli magni. Christianitati fere optinuit omnes partes transmarinas a Iherusalem usque ad arbores solis deo sibi propicio magnisque eciam miraculis confortante. In superiori India ordinavit imperium cui prefecit Iohannem filium regis Frisonum deinde Presbiter Iohannem nominatum propter devotam et sanctam vitam quam ducebat. Subiciens ei xviii barones congregationis sue qui alia dominia circumquaque tenebant ut sic ibidem christiana religio permaneret.

Aquisgrani instituitur peregrinatio septennalis sollempnissima propter reliquias preciosas quas Karolus ibidem apportavit.

Amelius comes Alvernensis gener Karoli magni.

Amicus Beticus martires effecti sunt in campania.

Aaron rex Persarum misit Karolo corpus sancti Cipriani et Sperati cum corpore sancti Panthaleonis.

Spinea corona domini floruit in manu Karoli et transfertur de Constantinopoli Parisius. In cuius translatione mortuus est resuscitatus Aquisgrani.

Corpus sancti Bartholomei transfertur Beneventum de Lipara.

Ordo Wilhelmitarum incepit.

5983   5993   6003

Pape

Romanus confessor iii Leo an. xx men. v d. xvi.

780   790   800

Anno Christi

Studium universale quod olim fuit translatum de Athenis Romam circa hec tempora per Karolum transfertur Parisius.

Heresis Feliciana a Felice auctore condempnatur negat Christum esse filium dei.

Iste Leo vir valde sanctus totus mitis et sciencia plenus. Cum in die sancti Marci letanias cum deo pageret a quibusdam perversis capitur lingua privatus et oculis in carcerem mittitur. Sed pius dominus servum suum non dereliquit qui immo per omnia eum sanavit membra ipsa plene restituendo. Deinde ad Karolum pervenit in Franciam singula narrans que sibi illata erant a quo honorifice susceptus fuit. Statimque cum eo ivit Romam. Iniuriatur ultionem de inimicis suis faciendo. Tunc dyadema imperii ab eo suscepit Romanis acclamantibus Karolo augusto a deo coronato vita et victoria subministrat. Tandem post laudabilem vitam idem pontifex sepelitur apud sanctum Petrum.

Iste Karolus dictus magnus cum iam regnasset in Francia xxxiii annis assumptus est in imperatorem Romanorum. Imperavit autem annis xiiii. Qui etsi prerogative hic fuit in omnibus que in principe laudabilia fuerunt quis digne narrare sufficiet. Hoc unum pro nunc sufficiat quod a principio usque ad finem in tanta rerum tempestate sic laudabiliter se habuit ut non sit inventus qui eum in minimo reprehendere potuisset. Revera quid posset fragilis homo in illo cum sanguinem divina virtus communivit et protexit. Hic ergo rite laudamus eum si in uno opere eius magnifica glorificamus. Ita de morte sed potius sepelitur Aquisgrani. Anno vite eius lxxii. Cuius legendam scripsit Einhardus.

In Roncivallo occisi sunt multi reges et comites christiani ultra xv.

Milo de Angleris dux exercitus Karoli pater Rolandi cum multis christianis occisus est in bello ab Agareno.

Compostelle ecclesia Karolus et patriarchalis sedes ordinatur in honore beati Jacobi. Tunc impletur petitio matris Zebedei quia Iohannes a dextris apud Ephesum et Jacobus a sinistris Roma in medio.

Episcopatus quoque dotati sunt per Karolum magnifice Colomensis, Treverensis, Maguntinensis, Salseburgensis.

Iste Lodowicus filius Karoli magni clementie fuit. Quapropter dictus est pius. Habuit duos fratres quos superavit et ambo malum habuerunt finem. In adversis patiens erat et in fine semper vincebat quia circa Deum et ecclesiam eius devotius permansit. Etiam filii eius persequebantur ipsum quos benigne ad penitentiam reduxit. Tandem bene singulis dispositis bona morte diem clausit extremum. Quia vero humana infirmitas delicias diu ferre non potest filii eius ad miserias declinavit. Et est bene in felix conditio quam totiens sine cessatione experimur atque in his qui ante nos fuerunt totiens factum legimus ut scilicet cum paucis exceptis felicitas generationis unius raro pariat felicitatem.

Lodowicus an. xxv.

Signa multa apparuerunt morte sancti et gloriosi imperatoris Karoli et ipsis solis et lune prestiterunt soluti fuerunt. Apparuit per vii dies macula nigri coloris in sole. Porticus petrosus Aquisgrani cecidit. Fidelitatis pons maximus Magontie tribus horis combustus est. Certe ut prudentissimus imperator finem sibi imminere omnes thesauros suos plantis omisit ecclesiis distribuendos. Lodowicum per ordinem constituit imperatorem. Alium Theutonicis tertium Hispanis prefecit.

Rabanus poeta et monachus post abbas Fuldensis deinde archiepiscopus Maguntie doctor in Germania clarebat plura que scripsit. Eius discipulus Arabo etiam notabilis. *Catealti?*

Honoldus rex Danorum circa hec tempora baptizatur Magontie cum uxore et filiis suis, sui imperator Frisiam dedit.

Translatio plurimorum facta est hoc tempore. Sebastianus et Gregorius papa Suessionem. Sanctus Marcellinus et Petrus de Roma in Galliam translati sunt. Sanctus Vitus in Saxoniam transfertur et sancti Valentinus et Genesius in Angliam.

Heresina viii menses Eugenium et Zizinnum per discordiam eligentium sed Eugenius optinuit.

Cometa apparuit valde singularis et terribilis unde imperator attonitus cum Conrardo philosopho contulit dicens quod mutationem regni mortemque principis portenderet. Verum philosophus nolebat eum contristare sed verba prophete allegavit dicens: A signis celi nolite timere. At imperator devotus non aliud inquit timere debemus nisi illum qui noster et huius creator est syderis sed eius clementiam laudare tenemur qui nostram inertiam cum peccatores simus talibus admonere dignetur inditiis. Quia ergo talia portenta cum apparent omnes contremuit omnes pro posse ad meliora festinare debemus ut misericordiam in illo dominante consequi valeamus. Et pie creditur quod hac humilitate Deum placaverit quia non super eum tunc plaga pervenit sed super Italiam incursu Sarracenorum.

Annona de celo pluit in Saxonia frumento similis habens tamen grana breviora.

Tempestas maxima oritur in Gallia terremotus. Multe ville et domus celesti cremantur igne. Homines et iumenta ictu fulminum exanimantur. Cum grandine lapides immensi ponderis caderunt. Fragmen glaciei descendit cuius latitudo sex pedum longitudo xvi altitudo duorum fuit et cetera.

Pestilentia magna fuit.

Dionisii sancti doctoris libri sunt translati de greco in latinum quos Michael imperator misit Lodowico et cetera.

Xiii corvi formati sunt.

Puella quedam xii annorum post sanctam communionem sex mensibus in pane et aqua ieiunavit deinde per triennium omnino abstinuit a cibo et potu.

6013 | 6023 | 6033

Stephanus. rom. iiii. an. iii. me. vii.

Paschalis. p. an. vii. d. xvii.

Eugenius. rom. ii. an. iii. me. ii.

Valentinus. ro. d. xl.

Gregorius. ro. iiii. an. xvi.

815 | 825 | 835

Monasteria solempnia tot fundavit Karolus quot in alphabeto litteras habentur quibus una preponebatur.

Iste Stephanus multos captivos redemit Lodowicum imperatorem coronavit. Mortuus Rome sepultus in ecclesia sancti Petri.

Iste Pascalis magnam adhibuit diligentiam reliquiis sanctorum et innumera corpora sanctorum levans honorifice reposuit sicut in visione sibi mandatum fuit.

Iste Eugenius mirabiliter preclarus magne sanctitatis et simplicitatis fuit. Mundi contemptor et sola que Christi sunt sapiunt. Hic martirologium totum est per laicos iussu nostros. Sepultus in ecclesia sancti Petri.

Iste Benedictus Gregorius mortuo Valentino qui breviter post electionem de medio sublatus fuit eligitur. Hic multa bona fecit ubi etiam tristia ipse propter varias plagas ingrassantes in populo. Hic multorum sanctorum corpora levans de terra honorifice sepelivit et in altaria reposuit. Eius petitione Ludowicus et Guido marchio Lumbardie Sarracenos de Italia fugaverunt. Mortuus tandem post innumerabilia bona opera eodem tempore quo et imperator sepultus apud sanctum Petrum.

Festivitas omnium sanctorum translata est ad kalendas novembris per Gregorium iiii. Habetur hymnus Rabani de eadem pulcher.

Imperatores

Tempora cruenta iterum surgunt. Causa est debilitas imperij quia mortuo ludowico filij eius se mutuo strinxerunt quod aduertentes sarraceni & saxones aliique occidentales erexerunt se contra eos & facta est plaga grandis.

Plaga horribilis super Romam et totam ytaliam. Nam quidam perfidi xpistiani miserunt clam ad sarracenorum soldanum ut ad eos ueniret. Tunc Roma capitur et ecclesia apostolorum stabulum equorum efficitur. Sed ludowicus cum gallis totam illam confluentem multitudinem fugauit non sine multa sanguinis effusione suorum.

Siciliam etiam et Apuliam hoc tempore sarraceni deuastauerunt et Tuscia in solitudinem posita est.

Gloria laus & honor et cetera composita quod dam episcopo captiuo in festo palmarum per quod ab imperatore dimissus fuit.

Filius lodo[wici] · j ·
Lotharius
an · xv · post monachus

Iste Lotharius mortuo patre imperium suscepit. Habuit duos fratres scilicet karolum & ludowicum quos quia intendebat excludere ab hereditate paterna ipsi contra eum bellum mouerunt in quo tot ab utraque parte ceciderunt quod talis non est facta in ea tempestate. Et lotharius fugit. Quidam magnates eos inducentes regna diuidentes fortiter non ualuerunt resistere aduersarijs suis. Undique fines eorum inuaserunt hostes. Sic sic quando uult minimum fit minimum. Qui hucusque alios defenderunt iam seipsos defendere nequiuerunt. Quicquid fatiet humilis herba desistit stare non ualet alta cedrus libani. Omnia fac cum consilio alioquin penitebis post sed tarde. Tandem lotharius relinquens seculo monachus effectus est. In cuius obitu fuit magna concertatio inter angelos et demones set orantibus monachis demones fugati sunt.

Leonina ciuitas iussu leonis pape edificatur ad defensionem ecclesie sancti petri prope Romam.

Sancta helena imperatrix transfertur a Roma in franciam.

Octaue assumptionis beate marie instituuntur a leone.

Sanctus Hermes transfertur in galliam.

Sarraceni de affrica uenientes iterum Romam inuadunt et ecclesias apostolorum dehonestauerunt spoliantes undique. Redeuntes autem cum spolijs submersi sunt in mari.

xiiij · duces bohemorum baptizati sunt prouocatione ludowici fratris Lotharij.

Radulphus archiepiscopus bituricensis claret sanctitate.

Gallia pene tota uastatur a Normannis et frisonibus atque alijs circum circa commanentibus ciuitatibus. Hic iterum nota mutabilitatem temporalium quia per longa tempora galli triumphatores in orbe fuerunt hic prosternuntur. Nec umquam post ad pristinam redierunt potestatem et gloriam. Dominabantur in ytalia germania hyspania saxonia primo ultramare.

Fames magna in germania ita ut pater filium uellet deuorare.

· ij ·
Lodowic[us]
· an · xxv ·

Iste ludo[wicus] filius lotharii a sergio papa in regem coronatus fuit et ad tempus cum patre regnauit. Postea et solus annis · xxi · Hic habuit filium nomine karolum quem diabolus inuasit & uexauit coram patre quia contra eum conspirationem tractauerat. Eius tempore multa mirabilia contigerunt.

Ammudus rex anglie uirsanctus a danis occiditur et angliam deuastant.

Magnoradus heremita moritur.

Maguntia circa hec tempora in magna fuit afflictione per tricennium. Demon publice apparuit domos incendebat sacerdotes lapidabat qui aquam benedictam aspergebant et homines fugiunt.

Cirillus uir sanctus pene omnium sclauorum doctor et apostolus. Corpus Sancti Clementis repperit in tirsonai mari excitatum et romam transtulit & in sua ecclesia recondit.

Iohannes anglicus natione maguntinus creditur tempora dicitur fuisse et femina erat habitu uestita uirili sicut in diuina scriptura profecit ut par ei non inueniret et in papam eligitur sed postmodum impregnata cum publice in processione procederet peperit & moritur. Hic uir fuisse dicitur infamis propter quod nomen sanctitatis fine ix habuit usque huc et similiter sicut alij a deo plagati fuit nec ponitur in cathalogo Pontificum.

6023		6042			6063	
Pape	dominus · ij · **Sergius** an · iij · me · ij ·	dominus · iiij · **Leo** sanctus an · viij · me · iij · d · xvi ·			dominus · iij · **benedictus** an · ij · me · v ·	dominus · j · **Nicolaus** an · ix · me · ij · d · xx ·
8xx		8xx			86x	

Anno xpisti

Iste Sergius uocabatur ante os porci sed quia nomen erat inhonestum et tante dignitati non conueniens ideo Sergius uocari elegit. A Sergio tamen antea omnes priuz nomen mutauerunt set hoc quibusdam non placet dicentibus quod hoc fatiunt exemplo xpisti qui apostolis nomina imposuit. Similiter et de patriarchis et hec uidetur meliorratio huius uariationis.

Iste Leo uir sanctus fuit in quo et serpentina prudentia et columbina simplicitas habitauerunt. In monasterio educatus primo in sanctam et sanctam conuersationem tamquam uerus monachus profecit. Hic factus papa statim reparare studuit ecclesias quas sarraceni paulo ante uastauerant. Collectam Deus qui beato petro et deus cuius dextera beatum petrum fecit contra sarracenos. Fuit enim semper sacrarum feruentissimus predicator et perscrutator orationibus et uigilijs intentus. Sepultus tamen est post sanctam mortem in ecclesia sancti petri. Eius festum agitur · xvii · kalendas augusti.

Iste benedictus nomine et re ab omnibus beatissimus est dictus. Hic statuit ut deinceps ordinati merederent & honeste.

Iste Nicolaus tante sanctitatis extitit ut post magnum gregorium in papam uix ullus in sede Romana apparuit illi Imperator in eius ordinatione ludowicus presens fuit. Tandem post multa bona et morte sanctissima potitus sepelitur in ecclesia sancti Petri.

Colonie horribilis tempestas oritur fulmen ecclesiam sancti petri scindit et tres interficit homines et sex semiuiuos relinquit habitu forma draconis.

Sanguis pluit de celo in Ytalia tribus diebus. Locusta Galliam devastat sicut olim Egyptum. Sequitur fames valida ut pene tertia pars hominum ibi consumpta sit. Hic additur dolor super dolorem Gallicus quia bellis lacessiti iam fame etiam perierunt. In Saxonia villa quedam cum hominibus penitus absorbetur in momento cum ecclesia altari et domibus.

Bulgarorum rex cum gente sua ad Christi fidem convertitur qui etiam in tantum profecit ut dimisso regno monachus efficeretur. Filius vero eius apostotavit quare resumpto regno ipsum cepit et oculis effossis incarceraverunt aliumque substituit. Postea sacrum habitum omnibus pacatis resumpsit.

Nimenius rex britonum Mando Hamuilione missi sunt duo Franciam vastaret.

Johannes Scothus vir doctissimus in scripturis infirmitatem pervenit. Hic rogatu Ludovici Ierarchiam Dionisii e greco transtulit. Claruit post a discipulis confossus stilis moritur. Nota sepius libri Dionisii sunt translati.

Caritas refriguit valde circa ista tempora in omni statu et iniquitas plus solito cepit habundare. Iam non gladius et heresis excepte cessarunt sed ambitio et avaritia ceteraque vitia frena laxantes amplius quam ille christianam fidem persequebantur.

Iste Karolus habuit fratrem nomine Ludovicum regem Alamannie qui bellum instituit contra ipsum sed Karolus ante conflictionem intoxicatus obiit. Hic multa monasteria fundavit.

Calvus .II.
Karolus
an. IIII. me. IX.

.III.
Karolus
an. XII.

Synodus in Constantinopoli celebratur que octava est in ordine synodorum et quinta Constantinopolitana.

Caput sancti Gregorii cum brachio sancti Leonis ad Zenonem ecclesiam sunt translata per Johannem papam.

Johannes diaconus scripsit vitam beati Gregorii in quatuor libris et misit Johanni pape opus laudabile.

Iste Karolus dictus est Grossus sive minor et Galliam et Germaniam pacifice possidens a Johanne papa in imperatorem coronatur. Tandem post gloriosam victoriam Normannos ad fidem reduxit quia iam Francis ultra resistere non valuerunt. Quatuor annos super Francos regnavit et factus mutilis abiatur.

Flandria efficitur comitatus ubi Balduinus primus comes fuit.

Normannia dicitur terra Gnavia tione post hec Robertus natus est qui Apuliam Calabriam Siciliam acquisierunt Beneventosque et alecrius imperatori Grecorum superavit.

Gallia ac fuit Nivimus vasta ta ante fedus pollonis qua Germani invadentes Coloniam Treverim et civitates invecerunt se Francis. Hic Rollo dux Normannorum baptizatur accipiens Gillam filiam regis in uxorem confirmata sibi regione Normannie.

Ungari gens inculta oritur ex Scithia et Armenia ratis ipulsa in Pannoniam venit ibique manens expellit incolas. Carnes crudas comederunt et humanum sanguinem biberunt sicut phalangi. Hii postea Romam et alia bona ecclesie invaserunt per longum tempus sicut olim Gothi. Sic continuatur tribulatio.

Elphredus rex Anglie vir totus virtuosus. Octo horis in orando et scribendo expendit. Octo in negotiis regni. Octo in cura corporis. Redditus etiam optime dispensavit.

Corpus sancti Calixti transfertur in Franciam.

Sunderolous episcopus Maguntie a Normannis martirizatus est.

Sanctus Martinus translatus fuit de Turonis Antisiodorum et curavit leprosum. Item de reportatus curavit paraliticum et ceterum contra voluntatem eorum et fructeta regionis vestita sunt foliis supernaturaliter.

Heu heu heu domine deus quomodo obscuratum est aurum mutatus est color optimus. Qualia contigisse circa hec tempora etiam in sancta sede apostolica que usque huc tanto zelo custodivit legum scandala. Quales contentiones emulationes secte nundine ambitiones intrusiones persecutiones. O tempus pessimum in quo defecit sanctus et diminute sunt veritates a filiis hominum. Verumtamen post hec tempora fuerunt multi sancti pape sed non sic continue et tantus numerus sicut in precedentibus. Cuiusque conventus que aggregatio quibus hoc iam senuimus erit si sic deficit sanctitas primitiva.

6073 6083 6093

.II.
Adrianus
an. V.

.VIII.
Johannes
an. X. d. II.

.II.
Martinus
an. I. m. VI.

.III.
Adrianus
an. I. m. III.

Romanus .V.
Stephanus
an. VI. d. IX.

Formosus
an. X. me. VI.

875 885 895

Iste Adrianus excommunicavit Lotharium fratrem imperatoris regem Lothringie pro adulterium. Post Deo nunc ille Romam veniens ut excusaret se reconcilians indigne cum optimatibus suis omnes infra annum mortui sunt. Rex ante in via defunctus est cum venisset Placentiam.

Iste Johannes unxit Karolum imperatorem. Minimam passus fuit a Romanis quia dicto imperatori non favebat et in custodia positus fuit. Ipse Formosum Portuensem episcopum eiecit et degradavit quod fuit occasio mali.

Iste Martinus parum prefuit. Huius et Adrianus. Adrianus ac statuit ut imperator nullo modo se intromittat de sua in pontificis electione sed apparet quod hec constitutio parum optinuit. Postmodum Leo VIII. direxit contrarium statuit postea. Forte pro varietate temporum oportuit statuta huius modi variari exceptis de sponte non dz.

Huius Stephani tempore sancti Martini translatio fuit propter timorem Normannorum. Et non liberis aliis discordant de tempore horum pontificum cum linea imperatorum sed non est vis. Sufficit enim nobis debite tempora distinguere et que digna sunt memorie commendare.

Iste Formosus fuit prius episcopus Portuensis et a Johanne pro inobedientiam pinati et degradatus usque ad laicalem statum sed per Martinum restitutus et contra iuramentum non solum Romam venit sed etiam papatum suscepit propter quod facta est altercatio magna.

Iste arnulphus plene compescuit normannos qui iam ultra xl annos galliam vastaverant. Tandem a medicis desperatus mirabili infirmitate ita ut a pediculis consumeretur defecit et mortuus est.

Reformatio prima ordinis sancti benedicti qui iam in plerisque locis decreverat facta est circa hec tempora per cluniacum.

Divitie fuerunt sepius causa casus huius ordinis sicut et paupertas reformationis.

Iste Lodovicus non habuit papalem benedictionem propter insolentias illorum qui in ytalia dominabantur. Berengarium conabatur expellere sed cum per ipsum regnare cepisset, deinde capitur et excecatur et berengarius restituitur. Hic ultimus de stirpe karolina qui imperium tenebat.

Iste berengarius prudens et durus bellum habuit cum romanis et etiam cum Ludovico predicto. Nec fit aliqua mentio de isto et sequentibus usque ad ottonem apud vincentium.

Iste Conradus filius Ludovici inter imperatores non computatur quia non regnavit in ytalia sed in alamania tantum.

Iste hugo in ytalia tantum regnavit et computatur inter imperatores. Successit berengario.

Arnulphus — an. xii
Lodovicus iiij — an. vi
Beregarius i — an. iiij
Conradus vel hugo (alamannus) — an. vii

Berno abbas primus ex burgondia de stirpe comitum construxit primo gyngniacense cenobium deinde Cluniacense.

Cluniacum monasterium famosissimum et sanctissimum fundatur etiam a Wilhelmo principe burgondie dono aut commisse.

Sanctus odo monachus cluniacensis fervorem in monasteriis resuscitavit et plura scripsit. Moralia gregorii ipso annuente breviavit sub uno volumine.

Comitatus blesensis oritur ex nobili stirpe normannorum. Gello primus.

Scisma in ecclesie scandalosissimum fuit inter quosdam inter formosum et sergium. Nam sergius a formoso reprobatur. Ipse tamen fugit in franciam qui tandem per francos romam reducitur [illegible] ubi christoforum cepit et formosi corpus effossum dehonestavit. Fuit etiam in scismate isto aliud minus et brevissimum inter leonem et christoforum predictum. Nam christoforus primum rapuit post ipsum leonem incarcerato sed statim ipse etiam per sergium captus est tamquam invasor; quando dicitur quod monachus sit effectus. Et multiplicata sunt mala super clerum et ecclesiam totam.

Imperium vero suffert et dividitur. Nam franci non iuvabant ecclesias quas predecessores eorum extruxerant sed dissipabant. Nec romanis prebebant auxilium contra lumbardos qui iam multum infestabant eos. Ideo de eorum consensu exclusi sunt ab imperio. Et ytalici in ytalia et alamanni in alamania ceperunt imperare usque ad ottonem qui utrobique regnavit. Sic agnoscitur manifeste in terris huius experientes omnem rem esse parvam sicut alii rota fortune ascenderunt et descenderunt.

Stephanus episcopus leodiensis claruit sanctitate et scientia. Fecit hystoriam sancti lamberti in notis et alia plura de trinitate et inventione stephani.

Monstrum habens caput caninum et cetera membra sicut homo presentatur ludovico. Et potuit bene monstruositatem statum huius temporis significare ubi homines sine capite quasi canes hinc inde latrando vacillabant.

Ordo cluniacensis circa hec tempora inchoatur. Proficit in magna humilitate et fervore habet regulam beati benedicti.

Odo in sanctis primus pater eorum.

Saraceni qui dominabant circa hec tempora in ytalia devicti sunt a iohanne papa et marchione alberico.

Ungari incipiunt romam et cetera bona ecclesie vastare totam tusciam destruentes interfectis maribus et feminis. Tantus eorum Rex fuit qui x modios nummorum recepit a berengario. Postea vero redeuntes omnes romanorum invadere solebant per multa tempora. Causa huius mali fuit ingratitudo romanorum qui predictum marchionem expulerant. Ideo ultus se fuit hoc modo vocando barbaros sicut narses olim tempore iustini senioris. Postea interfectus est.

Anno mundi

6103	6113	6123

Pape

Bonifatius — d. xv
Stephanus — an. i, m. iij
Romanus — m. iij, d. xxi
Theodorus — d. xx
Johannes — an. ij, d. xv
Benedictus — an. iij, m. ij
Leo — d. xl
Christoforus — m. vij
Sergius Romanus iij — an. vij, m. iij, d. xvi
Anastasius — an. ij, m. ij
Lando — m. v, d. xxi
Johannes Romanus x — an. xiij, m. ij, d. iij

901	911	921

Anno christi

Isti octo pontifices brevi tempore sederunt. Nescio aliquid notabile dicere quia non nisi scandalosa de eis reperi propter inaudita in sancta sede apostolica contentionem unius contra alium et simul contra se mutuo. Nam stephanus confirmans facta iohannis viij formosum dampnavit et eius facta irritaverunt corpusque eius mortuum dehonestavit digitis duobus abscisis manum in tiberim proici mandavit omnino irritans contumelia pro gratia reddens quia formosus ipsum antea episcopum anagnie fecerat. Sed breve tempus finem imposuit negotio. Rursum theodorus post hec omnes actus stephani reprobans facta formosi approbavit. Similiter et iohannes ix sequens in concilio Ravenne coram lxxiiij episcopis dampnavit facta stephani et formosi confirmavit. Sergius autem directe contrarium sensit et formosum dampnavit.

Iste Sergius cum romam redisset auxilio francorum christoforum cepit et sedit pro eo. Ipse in ultionem sue repulse corpus formosi extraxit de sepulchro et indutum sacerdotaliter in pontificali sede decollari fecit et in tiberim proici. Piscatores autem in ecclesiam ipsum reportaverunt sanctis ymaginibus se inclinantibus et salutantibus eum venerabiliter cunctis videntibus qui aderant. Omnia insuper que ipse formosus fecerat irrita decrevit.

Anastasius et Lando parum presederunt.

Iste Iohannes filius sergii pape tam natura quam moribus etiam rapuit presulatum. Tandem miserabiliter occiditur a militibus guidonis posito pulvinari super os eius dum in carcere teneretur. Post eum quidam alius iohannes intrusus fuit sed statim eiectus est. Ideo non ponitur in cathalogo pontificum quia non fuit.

De isto Berengario non est concordantia in libris quando regnaverit. Quidam dicunt post Berengarium primum, alii post Hugonem, sed non est curandum. Tempora ista satis confusa fuerunt, qui plus potuit plus fecit.

Iste Henricus dux Saxonum totus [?] inter imperatores non computatur quia tantum in Alamannia regnavit. Habuit uxorem sanctissimam nomine Mathildim, ex qua genuit duos filios, scilicet Ottonem et Henricum, quibus Otto successit ei in imperio. Henricus autem in Alamannia plures terras habuit. Tertium filium genuit nomine Brunonem, qui etiam sanctus fuit et XIIII annis archiepiscopus Coloniensis, vir magne perfectionis.

Sancta Mathildis regina, uxor Henrici, claret sanctitate supra modum misericors et humilis fuit, que totam stirpem Saxonum suam nobilitavit virtute. Post obitum viri sui in viduitate permansit. Monasteria et hospitalia plura fundavit, in adversis patientissima, in orationibus ita extitit pervigil ut totum psalterium ante matutinas expolvere solita fuerit. Tandem spiritu prophetie mortem predicens migravit ad Christum, sanctam sobolem relinquens in consolationem.

ii · Beregarius · an · viii

Alamannus · Henricus · an · XVIII

iii · Beregarius · an · vii

Lotharius · an · ii

Iste Lotharius moriens quando Otto regnavit in Alamannia reliquit uxorem nomine Dalnidam, que post nupsit eidem Ottoni. Hoc tempore sol apparuit sanguineus. Sequitur magna clades.

Sanctus Wibertus qui cenobium Gemelacense fundavit claret in Lotharingia.

Regino abbas Prumiensis cronicam scripsit.

Aponeus dux Bohemie ad fidem Christi convertitur.

Boleslaus filius eius, sed pueritie sue qui fratrem suum sanctum Wenceslaum occidit anno primo Ottonis primi. Ob quod ab Ottone in tota Bohemia superatus fuit et vastata per annos XIIII.

Fons sanguinis fluxit Janue significans cladem statim sequentem per Sarracenos, qui ipsam ceperunt et omnibus cunctis spoliarunt.

Karolus rex Francorum a comite Heriberto exulatur et incarceratur in Perona.

Adelscamus rex Anglie vir mire devotionis floruit. Et mater huius nationis, scilicet filia pastoris, que totam Angliam illustrabat. Iste rex tantam habuit devotionem ad divinum cultum ut nullum monasterium dimitteret indotatum.

Dani ydolatriam postponunt, usque ad hec enim tempora Christum colendo etiam ydolis sacrificabant, dicentes quod dii essent antiquores et potentiores eo. Sed derivis quidam [?] tradicens ignitum ferrum portavit illesus. Sic fuerunt plene informati.

Adamarius vir sanctus successor sancti Odonis abbas Cluniacensis.

Iste Berengarius imperavit in Ytalia, cuius tempore fuit maximum scisma, et Henricus moritur. Otto autem in Alamannia cepit imperare.

Wenceslaus princeps Bohemie de bono patre melior filius martirizatur ab iniquo fratre suo. Iste vir sanctus fuit humillimus et misericordissimus.

Dunscanus episcopus Cantuariensis sanctus plura monasteria fundavit. Ipse vidit in die mortis ab angelo: O rex gentium dominator omnium, et audivit beatam Mariam.

Bruno archiepiscopus Coloniensis vir sanctus frater Ottonis primi claret in Alamannia utroque gladio strennue gubernando.

Sancti Pantaleonis monasterium in Colonia fundavit et episcopio ducatum contulit.

Heresis antropomorphitarum in Ytalia repullulat, sed parum proficit, quia Ratherius episcopus Veronensis eam impugnabat.

Maiolus vir sanctus tertius abbas Cluniacensis, eximius sermonis et abstinentie reparatorque monastice discipline.

Scisma X tertio fuit inter Johannem XII et Leonem VIII, quia Johannes cum male intrasset et peius vixisset depositus fuit et Leo surrogatus. Sed Leo optinuit auxilio imperatoris licet bis fugatus fuisset.

6133 · 6153 · 6173

Romanus vi · Leo · mensis vi · dies XV	Romanus vii · Stephanus · an · ii · mensis i · dies XII	Romanus XI · Johannes · an · iiii · mensis · dies · XV	Romanus vii · Leo · an · iii · mensis · vi · dies · X	Germanus viii · Stephanus · an · iii · mensis · iiii · dies XV	Romanus · iii · Martinus · an · iii · mensis · vi · dies XIIII	Romanus · ii · Agapitus · an · viii · mensis · vi · dies · X	Romanus · XII · Johannes · an · vii · dies · X

938 · 955 · 975

Iste Stephanus a quibusdam Romanis mutilatus est.

Theodardus abbas sancte helie claret sanctitate.

Bohemia ad Christi fidem convertitur et in Praga cathedralis ecclesia erigitur.

Istius Agapiti tempore sancti Odo primus abbas Cluniacensis obdormivit in Domino.

Iste Johannes venator fuit, totus lubricus, feminas publice tenebat, quapropter depositus fuit per Ottonem, sed non curavit. Tandem cum uxore cuiusdam se oblectans a diabolo in tempore percutitur et sine penitentia subito moritur. Ecce deus eterne quales dispensatores res sunt isti prioribus. O abissus iudiciorum dei quis investigabit. Nec fuit iste digne electus, sed per patrem suum intrusus quia potens erat.

Iste berengarius magna tirannide premebat ytaliam. quare eius pp̄ et Romani uocauerunt ottonem ut liberaret eos. quod et factum est et capto periurum berengario bis exulauit eum. Relictamque lotharii sibi uxorem accepit quam tirannus incarcerarat.

Imperium transfertur ad alamanos et similis causa est hic sicut in superioribus translationibus. Nec potest infelix homo informari ut scopulum illum declinat in quo iam tot uidit etiam potentes periclitari.

Iste Otto primus erat imperator alamanus totus uictoriosus. uelut alter Karolus ecclesie dei defensor sollicitus promotorque singularis. Ob quod meruit dignitatem imperialem. multos infideles conuertit. benedictum papam inuasorem ecclesie secum duxit in saxoniam ubi in exilio moritur. Omnibus tandem pacatis obiit operibus bonis diuitiis et gloria ditissimus proleque digna sepultus in ecclesia sancti mauritii quam preciose fundauit.

Iste Otto filius ottonis primi per omnia fidelis et strenuus defensor ecclesie. plura bella contra infideles habuit. Sed in ultimo pene totum exercitum amisit in calabria. Ipse tamen dum totaliter sanctum petrum inuocasset mirabiliter liberatus fuit. Habuit filiam imperatoris constantinopolitani de sanguine Romanorum in uxorem. fuit coronatus a benedicto .vii. Moritur Rome sepultus in ecclesia sancti petri honorifice.

Berengarius .iiii. an. xi.	Otto primus an. xii.	Otto .ii. an. ix.

Sanctus odo eps. cantuariensis et sanctus bruno coloniensis. tunc fuerunt tempora sanctorum eliphii patroclii priuati quorum cum baculo sancti petri de Roma coloniam.

Sanctus Adolinus in anglia reperitur quem in paruo positus fuit.

Eduinus rex anglie omnes monachos expulit a regno et sanctum dunstanum in flandriam transsit eiusdem sancti meritis ab inferis liberatur.

Scisma .xi. fuit inter benedictum quintum et leonem .viii. sed leo optinuit.

Edgarus rex Anglie pene omni anno monasterium fundauit.

Adelwoldus reuerendus eps. wyntaniensis multa fecit.

Oswaldus reuerendus wygornie eps. post eboraci archieps. ramesie monasterium fundauit.

Theodericus eps. metensis claret reliquias plures de ytalia ad se transtulit.

Monstrum in ytalia mulier duo capita habens et cetera membra usque ad umbilicum una comedente uel dormiente alia quoque uentrum fatiebat. diu uixerunt et pariter tandem obierunt.

Adelbertus uir sanctus claruit natione bohemus primus eps. pragensis reuelante deo in pannoniam ueniens sanctum stephanum primum regem ungarorum cum multis aliis baptisat. deinde polonos in fide confirmat. Tandem prutenis predicans ibi martirio coronatus fuit.

Translatio gloriosa sanctorum landoaldi adriani amantii fuit gandauum.

Vngaria incipit hoc tempore ad fidem conuerti. ubi primo predicauit Adelbertus eps. pragensis.

Stephanus primus rex ungarorum xpianus sanctus uir fuit et sic gratia magna populo barbaro et ydolatrie cultui hucusque dedito.

Eduardus rex anglie uir sanctus claret quem post a nouercasua interfectus martirque effectus.

Anno mundi

6163			6173			6183	
Pape							
benedictus me. ii. d. v.	Leo an. i. men. iiii.	Johannes an. vii. me. xi. d. xv.	benedictus an. i. me. vi.	bonus an. i. men.	bonifatius me. i. d. xii.	benedictus an. x. alii v. men. vi.	Johannes men. viii.	Johannes men. iiii.	Johannes an. x. me. x. d. vii.
965			975			985	

Anno xpisti

Iste benedictus a romanis eligitur contra leonem sed ab ottone deponitur et in exilium apud saxones missus est. Malum principium raro habet bonum finem. Timere enim debuit periculo alti. Quanchitas papatus dimisit et ad imperatorem accessit hoc tempore ut apparet.

Iste Leo cui uoto electus deposito Johanne hic statuit ut nullus pp. fieret sine consensu imperatoris propter malitiam Romanorum quos suos timebat. hic omnes donationes fratris Justiniano et Karolo ceterisque prius imperatoribus ecclesie concessit ut ytaliam ab inuasoribus defenderet.

Iste Johannes orante in diuina passus fuit a Romanis captus et exul fuit. Sed otto diutissime hoc pertulit nobilibus occisis quibusdam in exilium missis.

Iste benedictus captus fuit et in castro sancti angeli strangulatus.

Iste bonus uel donnus etiam parum sedit.

Iste bonifatius per Romanos strangulato benedicto in papam eligitur et depredata ecclesia fugit in Constantinopolim. Post reuersus Johannem dyacono cardinali oculos eruit ipse deinde subito extinctus est.

Nota hic ordinem sicut in primitiua ecclesia sed non sunt impares ut illi. Par pena sed dispar causa.

Iste benedictus coronauit ottonem .ii. hic fecit capitulum plures Romanorum. Consecrauit etiam sedem remensis. Et tunc fratre ubi gilbertus nigromanticus deposit et rodolphus restituit.

Iste Johannes .xvi. fuit in armis eruditus plures libros composuit. hunc crescentius patritius itaque afflixit ex urbe eiecit ut ad imperatorem nuntios mitteret. Quod audientes Romani ipsum reuocant et ad terram prostrati ueniam petunt. Jam enim aliquot annis experti fuerunt Romani dominium almanorum. Vilis condicio hominum nolle obedire nisi cum non potest resistere. Tandem pace facta rome obiit.

Iste Johannes .xiiii. in castro sancti angeli afflictus per quatuor menses defecit et mortuus est.

Iste Johannes .xv. parum superuixit.

Iste Otto per omnia imperio et nomine dignus iuxta paternam probitatem fidelissimus ecclesie fuit. Multa bella prospere gessit. Deo et sanctis devotus reliquiis sanctorum venerationem maximam exhibuit, loca sancta sedule visitavit. Hic coronatus est per Gregorium quintum quo XVIII minimus erat. Tandem post multos labores Rome vitam finivit.

Otto
iii.
an. xviii.

Electores imperii post Ottonem instituti fuerunt, non propter aliquam culpam Saxonum sed ad precavendum pericula futura. Hii sunt septem videlicet: Moguntinensis, Treverensis, Coloniensis. Quilibet imperii fit cancellarius horum. Et palatinus dapifer, dux portat ensem, marchio prepositus camere, pincerna Bohemus. Hii statuunt dominum cunctis per secula Romanum. Palatinus comes Rheni, marchio est Brandeburgensis, dux Saxonum et rex Bohemorum. Rectum quidam dicunt hac occasione aquila multas pennas amisit et in fine totaliter nudabitur.

Henricus
pr.
an. xx.

Iste Henricus vir sanctus dux Bavarie fuit concorditer electus propter legalem et beatam famam quam habuit. Et plures de domo Bavarie legimus non solum carne sed et mente et virtutibus nobilissimos habuit sororem virtuosam quam sancto Stephano regi Ungarorum in uxorem dedit et totam Ungariam ad plenam fidem perduxit. Eius uxor sancta Kunegundis cum qua in virginitate permanens celebem vitam duxit. Plura bella tam in Ytalia quam in Alamania contra rebelles iuste et prospere confecit. Tandem beato fine quievit sepultus in ecclesia Bamburgensi quam fundavit et cathedralem fecit miraculis choruscat. In vita sancti Laurentii exemplum ponitur de ipso et uxore.

Karolus frater Lotharii regis dux fuit regni, tunc qui rex Francorum fuit, et Hugo comes Parisiensis accepit regnum circa hec tempora.

Hedericus abbas de Diviensi clarus habetur.

Annona pluit de celo et pisciculi parvi in Albania.

Odilo vir sanctus abbas Cluniacensis successor sancti Maioli. Hic diem animarum instituit post festum omnium sanctorum tempore Johannis XVIII. Quod postea per totam ecclesiam approbatum est.

Scisma XII. fuit inter Gregorium V. et Johannem XVII. Causa fuit tirannidis Crescentii et abtio Johannis sed parvo tempore duravit et Gregorius optinuit.

Heribertus archiepiscopus Coloniensis sanctus clarus habetur.

Herigerus abbas Lobiensis.

Adelboldus episcopus Traiectensis.

Fulbertus episcopus Carnotensis.

Albo abbas Floriacensis.

Elpheous Cantuariensis episcopus post martirizatur a Danis.

Ansfridus Traiectensis episcopus post effectus est. Gerardus Cameracensis.

Sanctus Gerardus episcopus post martirizatus ab Ungaris ligatus super bigam de monte cadit.

Gisla nobilis virgo prudentissima soror Henrici imperatoris post nupsit sancto Stephano regi Ungarie et multum iuvit ad plenam conversionem Ungarie.

Robertus rex Francie composuit sequentiam Sancti Spiritus et responsorium O Iudea et Iherusalem, Cornelius centurio cum notis et Alleluya, Eripe me etc. Et alma redemptoris mater et responsorium O constantia martirum. Fuit vir misericordiarum.

Sancta Kunegundis uxor Henrici perpetua virgo claret operibus bonis postea monasterium ingressa obiit miraculis choruscans.

Chorisantes quidam fuerunt circa hec tempora qui per totum annum saltabant propter peccatum insolentie, quia in vigilia nativitatis Christi in cimiterio quodam chorisando impediebant quendam sacerdotem in prima missa sua quam devote faciebat. Sed quia nolebant cessare maledixit eis cum imprecatione dicens: Utinam sic per annum saltaretis, et factum est. Fuerunt tandem a beato Heriberto absoluti. Quidam eorum valde penituerunt ita ut sancti effecti fuerunt. Fuerunt quosdam dicit in villa Saxonie in ecclesia sancti Magni. Et filia sacerdotis cum illis avulsis brachiis saltabat. Fuerunt XIX. quarum tres femine erant. Omnes breviter obierunt.

Scisma XIII. ecclesie fuit inter Benedictum VIII. et quendam alium intrusum sed post Benedictus optinuit reiecto iterum intruso.

6193 · 6203 · 6213

Gregorius	Johannes	Silvester	Johannes	Johannes	Sergius	Benedictus
Saxo. v.	Grecus. xvii.	Gallicus. ii.	xviii.	Romanus. xix.	iiii.	Tusculanus. viii.
an. ii. men. vi.	me. vi. non erat papa sed intrusus	an. iiii. me. i. d. viii.	me. v. d. xxvi.	an. v.	an. ii. me. vii.	an. xi. me. xi. d. xxi.

998 · 1008 · 1018

Iste Gregorius quintus fuit papa ad instantiam imperatoris Ottonis tertii vir venerabilis et ipsius Ottonis consanguineus. Dictus fuit antea Bruno. Secundum parum sedisset et iam imperator ab urbe recessisset, Placentinus intruditur a Crescentio consule propter pecuniam et Johannes XVII. vocatur. Factum est igitur scisma diebus paucis. Illa imperator reversus Crescentium cepit et capite truncavit. Johannem autem antipapam excecari et ceteris membris mutilari fecit, nihil eum iuvantibus ducatis suis. Qui fecit quod non debuit passus est quod meruit. Et nota iste Gregorius cum Ottone tertio ordinavit electores imperii qui deinceps permanserunt usque ad tempora nostra nec potuerunt fracti aut alii infringere.

Iste Silvester factus est papa auxilio diaboli cui omagium fecit ut cuncta ei ad votum succederent. Dictus fuit Gilbertus et gratiam regis Francie diminutus sibi procuravit. Unde factus est archiepiscopus Remensis, sed statim eicitur per concilium iubente Benedicto VII. Demum de gratia imperatoris acquisivit et fit episcopus Ravenne, postea papa. Sed finem solitum certo habuit, puta qui spem suam fallacibus demonibus commisit. Speratur tamen de eius salvatione propter certa indicia sepulchri ipsius et penitentiam quam in fine fecit gravissimam membris abscisis.

Isti duo Johannes post se mutuo sederunt et primus parum prefuit. Alter annis V. Sepultus apud sanctum Petrum.

Iste Sergius fuit sancte vite et exemplaris conversationis. Sepultus in ecclesia sancti Petri.

Iste Benedictus habuit scisma maximum quia electus fuit et quidam alter subrogatus. Hunc post mortem vidit quidam episcopus in miserabili specie dicentem se graviter affligi nihilominus sperare de misericordia dei, nichilque sibi prodesse quod pro se factum esset quia de rapinis fuit. Misit igitur ipsum ad Johannem fratrem ut de tali thesauro summam peccunie acciperet et pauperibus daret. Quod episcopus fideliter implens episcopatui cessit timoreque perculsus sibi providens in futurum monasterium intravit.

Tempus effeminatum incepit circa annos domini mille In quo fides
xpistiana valde cepit deficere et delinquere a pristina virilitate ut patet
in prophetia sancte hildegardis In multis regionibus xpistianitatis nec
sacramenta nec ecclesiastici ritus frequentabantur auguriis et maleficiis
intendentes et erat sacerdos sicut populus Sed misericors dominus contra hec
mala iterum plures apostolicos viros suscitavit qui hanc aviditatem bonis
exemplis et predicationibus irrigaverunt domino cooperante et sermone confir-
mante sequentibus signis Et multi ordines nimio fervore succreve-
runt ut periculosum tempus illustrarent de quibus post consequenter fit mentio
Et quia iam sepe huiusmodi informationes facte fuerunt et in sequentibus
fiunt tempore sive Ideo fatuum est determinare quod antixpistus nunc vel tunc veniet
propter malitiam temporis quod plerique attemptaverunt quos deus sua fefellit opinio

Iste henricus gener Conradi in silva natus
bis ad occidendum traditus fuit sed domino
protegente illesus evasit adhuc puer Cum autem
imperator esset effectus monasterium edifica-
vit in loco nativitatis sue. Vide pulchram hy-
storiam in Cronica martini et vincencii. hic
victoriosus fuit et campaniam intrans pandul-
phum principem cepit abbatem fulden. sedavit
qui tunc potentissimus fuit diabolo cantante
hunc diem bellicosum fieri quem eciam incepavit :-

Imperatores

Jherusalem iterum
capitur a sarra-
cenis permittente
deo et gloriosum
sepulchrum ab
infidelibus pos-
sidetur

Conradus
ps
an. ij.

Iste Conradus multas leges edidit Pacem
districtissime servari sub pena capitis iussit
fortur comes lupoldus accusatus de terra
sua fugit Cupiens magis rusticane inuere
quam solempnit moru Cuius tamen filius mirabiliter ad
imperium pervenit nutu divino contra voluntatem
Conradi etiam filiam eius accepit uxorem

henricus
.ij.
an. xvij.

Sanctus Theobaldus vir no-
bilis de francia reclusus he-
remita claruit

Kanutus mercionum regis
filius martirizatus est a ma-
tartara

Edmundus rex vir sanctus a
danis martirizatus fuit

Corpus gygantis Rome in-
venitur immense magnitu-
dinis incorruptum cum lu-
cerna que non potuit flatu ex-
tingui

Statua marmorea erat in A-
pulia cuius caput ostendit the-
saurum subtiliter

Palumbus presbiter Rome fuit
nigromanticus contra quem dya-
bolus orauit et obiit

Luna in sanguine
versa apparuit

Terremotus ma-
gnus facula ar-
dens et fulgor
instar turris ce-
cidit cum maximo
splendore Beg

Fames valida in
lothringia Fon-
culus aque in sa-
guine versus est et
multa signa cir-
ca hec tempora fuerunt

Symeon vir sanctus
siracusius monachus
claruit treveris

Durandus episcopus
leodien. fuit de
obscuro genere natus

Haymerlaus id est
emigrare virgo
cum sponsa sua
obiit miraculis
choruscando.
fuit filius sancti
Stephani regis

Guilhermus divionensis abbas
Richardus vir dunensis abbas
Papo abbas stabulensis
Helias abbas colonensis
Olbertus abbas leodiensis
Stephanus abbas leodiensis
Heimo abbas aviensis
Guido musicus in yta-
lia fuit invenit cantum
manualem scilicet per flexuras
digitorum notas dimi-
nerando per pueris informandis

Scisma xviij. ecclesie scanda-
losum confusione plenum fuit
inter benedictum ix. et alios
plures ut infra Ca... fuit ma-
la vita benedicti ante inquinus in-
troitus Hic notat prolocus
quod fastus summorum pontifi-
cum habuit semper malum exi-
tum et fuit occasio causaque
scismatum

Fulbertus carnotensis
episcopus in infirmitate
visitatur a beata vir-
gine de cuius lacte
sanctificatio recreatus est

Gnotho vir spiritu
sapientie et sanctitate
claret episcopus leodij

Heyla augura-
trix in anglia
fuit quam de-
mon de ecclesia
extraxit horri-
biliter

Adelbertus sanctus
episcopus meten. claret

Elbertus abbas
gemelacen.

Bardo vir sanctus
episcopus magunticus

Mortalitas fuit maxima pene per
totum orbem ut sepelientium tedio ad-
huc vivi spiritum trahentes obruerentur
cum mortuis Siccitas maxima et
ardor sequitur :-

Rogerius episcopus beluacensis tunc claret :-

Anno mundi

6223	6233	6283

Pape

Johannes
.xx.
an. xx.

benedictus
tusculanus .ix.
an. xiij.

Siluester
.iij.
d. lvi.

Gregorius
.vi.
an. ii. me. vi.

Clemens
theutonicus
.ij.
me. ix. d. viij.

damasus
.ij.
d. xxiij.

Leo
lothringus
.ix.
an. v. me. ij.
d. vi.

1020	1030	1040

Anno xpisti

Iste iohannes
bellum
habuit
cum Romanis

Iste benedictus ne-
pos benedicti .viij.
totus lubricus fuit
Ideo dampnatus
apparuit cuidam
in spetie monstruosa
et horribili Caput
et cauda erant asinina
Reliquum corpus sicut ur-
sus Et ait noli expavescere
Quia tu me hominem fuisse
sicut tu es sed sic me repre-
sento sicut olim existens
infelix papa bestialiter vixi
Tempore eius fuit scisma
scandalosum nimis ubi
ipse eiectus erat et iterum
restitutus et iterum eie-
ctus

Iste Siluester electus fuit expulso
benedicto sed ipse econtra eiectus et
benedictus restitutus Quo iterum eiecto
gregorius substituitur qui cum esset indis-
cretus alium papam ad officia ec-
clesiastica exequenda secum conse-
craverit Quod cum multis non pla-
ceret tertius superinducitur qui solus
vices duorum adimpleret Quibus
dimicantibus inter se henricus
Imperator superveniens omnes de-
posuit et clementem .ij. substituit
a quo statim se coronari fecit promit-
tentibus Romanis sine ipsius assensu
se numquam papam electuros Sic quinque
sedentibus sextus institutus est Verum
de isto gregorio dicitur quod ... sanctus
et contra Romanos bellum habuit Ra-
ptores sancti petri extinxit et cum magno
miraculo fuit sepultus

Iste Clemens electus fuit ante Suidegerus bamber-
gen. episcopus qui factus fuit papa per Imperatorem propter unio-
nem reparandam ut iam dictum est
Iste damasus fuit invasor ecclesie qui subito defunctus est
Romani autem statim petierunt sibi dari pontificem
sed non theutonicum Ad hoc enim non poterant inclinari
ex mala consuetudine inducti Tunc istum leonem
brunonem sancti ad hoc inclinavit ut acceptaret papatum
sed de hoc postea fecit sibi conscientiam et resignavit
et denuo est electus Hic xpistum in spetie leprosi
nocte in lecto suo collocans mane ipsum non in-
venit Tandem post laudabilem vitam sancta mo-
rte potitus miraculis claret Ipse multa scripsit
et fecit Erat autem episcopus tullensis :-

Eduardus vir sanctus rex anglie claret spiritu prophetie. Nec repperi in aliquo regno tot sanctos reges quot in anglia.

Elburga virgo sancta filia eduardi regis.

Ethelita edwardi regis filia virgo sancta claret.

Walburga virgo sancta clara abbatissa fuit.

Berengarius episcopus turonensis errorem dogmatizavit de sacramento altaris sed post informatus retractavit. Ipse sancte vite fuit sed discipulos corruptos reliquit. Et sequitur

Heresis magna que satis afflixit ecclesiam longo tempore. Ipsa negat verum corpus et sanguinem christi esse in sacramento sed figuram tantum. Vide de conse. dist. ij. Ego berengarius.

Iste henricus videtur fuisse homo multum inquietus quia satis afflixit unum summum pontificem gregorium papam vij. et primo quidem veniam petens absolutionem meruit sed non perseveravit quia primo clericum nomine quendam antipapam contra eum tanquam ydolum erexit et iterum gregorium excommunicavit. Electores vero imperii ducem saxonie pro ipso elegerunt quem henricus in tercio bello superavit. Et romam veniens cum antipapa suo gregorium et cardinales persequitur sed statim robertus rex apulie eum fugavit et papam cum cardinalibus liberavit. Fuit in ... vir elemosinis deditus sexies et bis collata acie dimicavit. Tandem miserabili morte vitam finivit in carcere a proprio filio detentus. Sicut fecit factum est ei.

iiij
Henricus
an. xlviij.

Lanfrancus episcopus cantuariensis magister Ancelmi scripsit librum per modum dyalogi de sacramento et alia.

Adrianus cronographus monachus fuldensis claruit.

Herimannus abbas monasterium becense de suo fundavit.

Ciclus magnus annorum finitur hoc tempore scilicet anno domini 1062 continens annos 532 qui ad omnem rationem paschalis computi utilis est et ab eo in eum in semetipsum sine errore revolvitur. Sequenti autem anno ciclus magnus annorum 532 a nativitate domini exactus incepit in cuius fine erit labor et dolor ut quidam dicunt.

Machildis comitissa triumphatrix inclita normannos expugnavit imperatorem debellavit pro ecclesia gloriose laboravit. Tandem totum suum patrimonium super altare sancti petri obtulit.

Petrus damianus doctor religiosus valde gravissime auctoritatis.

Ancelmus vir sanctus cantuariensis doctor excellens et beate virginis devotus.

Scisma xv. ecclesie fuit inter Alexandrum & Cadulum episcopum parmensem sed alexander optinuit licet imperator contradiceret iudicio concilij et maior pars fuit secum. diu duravit.

Godefridus bulion dux lotharingie victor gloriosus pro ecclesia velut alter Karolus undique dimicavit qui tandem ierusalem cepit et factus est ibi rex. Habuit fratrem eque victoriosum Balduinum nomine qui ei in regno successit. Erat totus iudicius miraculosa bella gessit contra saracenos.

Finitur successio regum anglie et willelmus comes normannorum interfecto Araldo regnavit pro eo de quo fit mentio in historia conceptionis beate marie.

Ordo grandimontensium inchoatur hoc tempore per virum sanctum Stephanum nobilem alvernorum stirpe progenitum.

Mures infiniti convenerunt quendam potentem circumvallantes in quodam convivio quem non poterant abigere donec devorassent eum. Idem cuidam principi polonie.

Bivacisma civitas magnum terremotum sustinuit ubi maior ecclesia cecidit dominica die omnibus oppressis quatuor exceptis miraculose.

Mauricius episcopus rothomagensis.

Cono episcopus treverorum cuius tempore multa corpora martirum inveniuntur quos olim Rictiovarus occidit.

Arnulphus abbas sancti post archiepiscopus lugdunensis ordinem regularis vite instituit.

Ordo canonicorum cepit florere in belvacensi ecclesia qui primum ab apostolis postea a beato Augustino regulariter institutus sub meo Ivone preposito post carnotensi episcopo.

Parisius horribile et miraculum contigit de quodam mortuo magni nominis qui in feretro clamando dixit se dampnatum. Quapropter multi solempnes viri seculo renunciaverunt & diversas religiones instituentes celebre nomen posteris reliquerunt et cetera.

6243 | 6263 | 6273

almannus ij
Victor
an. ij. me. iij.

lothringus
Stephanus
me. ix. d. xxviij.

x
Benedictus
men. ix.

burgundus
Nicolaus
an. ii. me. vi. d. xxvi.

mediolanensis
Alexander
an. xi. me. vi. d. xxv.

vij
Gregorius
an. xii. me. i. d. iij.

Scisma. xvi. ecclesie inter gregorium & archiepiscopum ravennensem. Cum intrantibus imperator et dissensio quorundam episcoporum ... fuit omnibus probatis.

1045 | 1065 | 1075

Iste victor vir bonus & venerabilis timore imperiali factus est papa. Sic enim disposita fuit apostolica sedes hoc tempore quod sancti viri duplici timore se subtraxerunt scilicet divino et humano quia tanto officio se indignos arbitrabantur et etiam tirannidem romanorum cotidie sustinere tedebat sed compellente imperatore quidam nichilominus accesserunt similiter duplici timore. Timebant enim deum offendere sic vocati et etiam offensam principis. Iste victor multos symoniacos deposuit in concilio florentino et etiam fornicarios.

Iste Stephanus papatum suscepit. Et sequens benedictus eius per vim promotus papa & ix. mensibus sedisset cessit.

Iste Nicolaus concilium romanum celebravit contra berengarium qui errore deceptus contra fidem dogmatizavit sed plene convictus revocavit ut patet de conse. dist. ij. Ego berengarius. In eodem concilio factum est decretum pape. In nomine domini dist. xxiij.

Iste alexander statuit quod nullus missam audiat presbiteri quem scit habere concubinam sub pena excommunicationis ut patet xxxij. dist. preter hoc. Habuit scisma cum quodam Cadulo sed postea purgavit se in mantua coram concilio de symonia et cadulus tanquam symoniacus et invasor repudiatur. In alexandro fuit vir sanctus.

Iste gregorius fuit vir sanctus multas persecutiones pro iusticia perpessus est. Dicebatur antea hildebrandus. Fuit legatus in gallia ubi dum processit contra symoniacos quendam episcopum miraculose vicit de symonia quia non potuit dicere spiritui sancto. Factus autem papa synodum celebravit in qua contra eos similiter zelo processit et contra presbiteros uxoratos ammonendo eos a divino officio. Fuerunt tempora satis arida et quia iusticie rigore visus est tenere solito more contra eum multi insurrexerunt. Et primo Cincius prefecti filius eum capiens cum primam missam in nocte nativitatis domini celebraret in turri sua posuit. Sed Romani turrim destruunt et papam liberant. Miseriusque Cincium illum extra urbem eiciunt. Deinde imperatorem excommunicavit propter dissidium qui post veniens ad ipsum pluribusque diebus nudis pedibus super glaciem stans vix absolutionem impetravit. Sed imperator non mansit in humili obediencia quia primo in wormatia contra eum pretensum concilium celebrando alium loco suo eligi fecit ab episcopis. Fit igitur scisma longo tempore. Insuper in castro sancti angeli ab imperatore cum cardinalibus incarceratur sed per Robertum apulie liberatur. Tandem in apulia moritur miraculis choruscans.

Ordo carthusien. sanctissimus incepit hoc tempore qui teste beato bernardo inter omnes ecclesiasticos ordines primatum tenet non ratione temporis sed religiositatis. Unde ipse vocat eum speciosissimam columpnam ecclesie. Verum quia propter nimiam abstinentiam paucis portabilis erat ut diu primus manieret postea ab ecclesia moderatus fuit. Nec unquam a sancto proposito cecidit singulariter a spiritu sancto preservatus usque hodie :–

Imperatores

Bruno iste sanctus natione colonien. mo... in theologia cum sex aliis venerabilibus darde viris qui carthusien. ordinem inceperunt in diocesi gratianopolitanen.

Hugo iste sanctissime et ca... politanen.

sanctissime autem claruit episcopus gratianopolitanen. qui in. liii. annis nullius femine faciem vidit una paupercula excepta quibus quotidie pluribus consilium et auxilium dedit confessiones eciam recipiendo. Hic sancti Carthusiani propositi precipuus cooperator fuit. Postea et habitum a beato brunone suscepit. professione etc.

Translatio sancti Nicolai de mirrea ad barenses. Et corpus sancti Clementis primi episcopi meten. inventum est metis quem apostoli ibi ordinaverunt. Et

Xma peregrini crucesignati sunt thirim paratos.

Multa pericula plura contigerunt circa hec tempora. Inundatio aquarum mira cum dampno inmenso. Aves domestice silvatice fiunt. Pestilentie maxime et plures sacro igne consumpti sunt excisis carnibus & membris instar carbonum. Terremotus in Anglia ut edificia eminus resiliret. Furor ventorum. vi.c domos confregit londonie. Fames et ictus fulgurus ultra modum. Fons sanguinis .xv. diebus emanavit. Et diabolus palam hominibus loquutus est in pago quodam invisibiliter apparendo.

Terra sancta hoc tempore magna ex parte recuperatur cum iherusalem & sepulchrum domini cum anthiochia et aliis civitatibus multis de manibus sarracenorum. Circuitur transfretasse ultra cccm christianorum. Quantus autem zelus fuerit in omni populo ad hoc opus perficiendum et quod ex omni statu senes et iuvenes divites & pauperes confluxerunt nemine compellente vix aliquis sine lacrimis aut dicere aut audire posset. Patrona omnium istius fuit beata virginis marie que mirabiliter duxit et protexit pugnatores suos sicut ostensum fuit in visione. Principes fuerunt plures. scilicet Godefridus bulion qui etiam leonem interfecit et frater eius Eustachius et baldwinus. Boemundus dux Apulie. Hugo frater regis francie et plures alii qui pro fide se discrimini dantes gloriose vicerunt et non sibi eternam acquisierunt. In omnibus magnifice a domino delectati vide hystoriam.

Lancea domini reperta est in eo Anthiochia a quodam Rustico cui beatus Andreas apparens locum ostendit. Quidam autem comes .xiii. pedum pervenedo totum exercitum sanctificavit et certificavit eo quod a nemine lederetur sicut dominus illi apparuit mandaverat.

Ivo carnoten. episcopus abbas inmando capitulum de terra apostolica post ysidorum. Post quem hugo cathalaunen. postea Gratianus.

Toletum civitas hyspanie nobilissima tollitur hoc tempore de manibus sarracenorum per aldefonsum regem .viii. anno obsessionis.

Ordo arellensis incepit sub hugone. Et non quia non eque devotes crevit.

Helinandus lugdun. episcopus claruit.

Hugo cluniacen. abbas iste sanctus claruit hoc tempore –

Ordo cisterciens. incepit per robertum abbatem & Albericum successorem eius. Et inde quasi secundaria reformationes ordinis sancti benedicti cuius regulam habent. Ipsi multas curiositates et abusiones abdicaverunt et simpliciter sanctum simplicem regulam viverere ceperunt. Mirabiliter in brevi tempore creverunt. In omnibus habuerunt viros sanctissimos et plures numero.

Hildebertus cenomanen. episcopus multa scripsit clarusque.

Iste henricus satis crudelissimus fuit in quibusdam et primo circa patrem suum quem cepit et in carcere mori fecit. Item quatuor pontifices romanos eo quod nollet resignare investituram episcoporum & abbatum sicut nec pater eius. Tandem ad cor rediens obedivit & multa dampna ecclesiis illata fideliter restituit. Mortuus tamen sine pene iusto dei iudicio quia patrem suum dehonestavit.

Soles duo apparuerunt.

Terremotus magnus fuit.

Stella per diem refulsit.

In ytalia pluit sanguis.

In anthiochia terra absorbuit plura edificia. Porcellus nascitur cum corpore humano. Pullus nascitur quadrupes. Mulier quedam enixa fuit monstrum. ante sicut homo retro facies canis & cetera membra.

Petrus alfonsus doctor nobilis iudeus natione sed conversus postea scripsit aliqua elegantia.

Wilhelmus rex anglie pessimus obiit periculose adeo quia nullum invenitur fieri potuisset.

Scisma .xviii. inter pascale et tres pelatos scilicet albertum Arnulphum & theodericum qui timore imperatoris creverunt & mala morte perierunt et pascalis optinuit.

Anno mundi

6283 | 6293 | 6303

Anno domini

victor — abbas cassinen. iii. — an. i. me. iiij. d. vii.

urbanus — clumacen. ii. — an. xiii. me. iiii.

henricus iiii — an. xv.

pascalis — tusius ii. — an. xviii. me. v. d. vii.

1088 | 1098 | 1108

Anno christi

Iste victor per sompnium vidit deum sive divinationem in solitudine carthusie habitaculum construentem. Hic qui spiritu prophetie pollebat fuit extinctus per venenum in calice missum.

Iste urbanus dictus est antea odo monachus cluniacensis multum laboravit in ecclesia. Regem francie excomunicavit propter adulterium. Concilium primo celebravit apud clarimontem. In quo statuit horas beate marie dici quotidie et in sabbato solempniter officium fieri precipitur quia hoc beata virgo fratribus in carthusia revelavit. Aliud concilium turonis in quo tractabatur de recuperanda terra sancta provocans populum occidentalem ad crucem et amorem qui tunc in lancea domini triumphaverunt. Hic habuit magistrum brunonem pedagogum qui fuit primus prior carthusie que etiam secum sibi sociavit in primis et multum profectum in ecclesia fecerunt :–

Iste paschalis diligenter laboravit per ecclesia contra imperatores et reges super resignatione investiture episcoporum et abbatum et satis profecit multa etiam perpessus est a falsis fratribus. Etiam imperator ipsum cepit cum Cardinalibus et per duos menses in vinculis tenuit et scisma habuit. In omnibus tamen triumphavit & colonosum et parisianum fine habuit. Sepultus Rome in ecclesia sancti salvatoris. Ecclesia rectissime comparatur lune que crescit et decrescit et quasi deficere videtur sed tamen ad plenum revertitur propter illuminationem solis eterni qui est christus dominus sponsus eius

Bernardus incipit clarescere adhuc iuvenis qui post intravit ordinem cistercien. deinde fuit abbas claraevalle fundavit. Hic extitit in doctoribus magnum et apostolicum virum. Tot miracula fecit et tanti honoris habitus est similis ei in hiis numquam extitisse fuisse. Pater clx monasteriorum fuit et velut alter Moyses habitus est ubique.

Ordo templariorum incepit hoc tempore qui primus albis usi sunt mantellis post rubeam crucem in superposita portantes. Hugo et Ganfridus fuerunt primi inventores eius. Beatus autem Bernardus regulam composuit.

Ordo premonstraten. per virum dei Nortbertum.

Stephanus vir venerabilis abbas cistercij tercius claruit qui beatum Bernardum cum fratribus ad ordinem suscepit.

Extra Romam in monasterio sancti Laurentij monachus quidam admirans quomodo anguilo soluit et audivit sic potuit Christus clauso prodire sepulchro.

Hugo de sancto victore et apud parisius natione saxo doctor magnus qui alter Augustinus dicebatur tempore suo.

Sanctus Gerardus bituricen. episcopus et sanctus Anselmus laudunensis civitatis episcopus qui glosas interlineares in psalterio ordinavit.

Malachias vir sanctus archiepiscopus hibernie claret qui totam illam gentem reformavit. Cuius vitam beatus Bernardus scripsit.

Richardus de sancto victore pietate plenus doctor floridissimus.

Tunc capitur a Christianis et Leodium multis plagis attritum venerunt reges Baldwinus rex Iherusalem capitur. Arcus in celo apparuerit. Bos a sua suspenditur et alia multa monstra fuerunt que forte Tartarorum terrandi(?) pro futura persignavit. Petrus magnus turres et edificia subibunt. Padua ex parte submergitur.

Scisma xviii ecclesie fuit hoc tempore quia Benedictus quidam favore imperatoris erexit se contra Gelasium et etiam contra Calixtum sed miserabiliter periit et qui iuste electi fuerunt optinuerunt.

Iste Lotharius vir bonus fidelisque ecclesie coronatus fuit ab Innocentio secundo qui etiam fideliter iuvit contra Petrum leonis. Hic beatum Bernardum in maxima reverentia habuit et alios viros religiosos quorum etiam meritis magnas victorias se gloriabatur optinuisse precipue contra Rogerium invasorem regni Sicilie quem fugavit et alium substituit de commissione domini pape.

Iohannes de temporibus moritur qui vixerat annis ccclxi. fuit enim armiger Karoli et usque ad hec tempora duravit.

Tartari permissione divina circa hec tempora monte caspie putantur in quo clausi fuerunt in magna miseria et fame quia nimis multiplicati erant. Omnes iulis et stilis plagaverunt post mundum omnia subiciendo. Et iuxta illud. Moyses. Si in gente stulta irritabo illos. Mirum valde quomodo illi qui in maxima servitute fuerant iam non armis sed pellibus et baculis omnia prostraverunt et dominantur. Unde hec iudicia tua domine. Sic olim Assirij, Medi, Persi, Greci, Romani, Gothi, Huni, Wandali, Sarraceni, Arabes, Bulgari, Affricani, Franci, Alamani, Turchi, Hyspani flagellum iracundie tue fuerunt eo quod homo noluerit obedire tibi.

Siccitas magna fuit ut flumina lacus fontes puteisque siccarentur. Ignis in terram subintrans biennio non potuit extingui aqua. Fuit horribilis plaga et quedam mulier quatuor masculos.

Ordo sancti Iohannis baptiste Iherosolomitani inchoatur hoc tempore a venerabili viro Raymundo operibus misericordie dedito et valde creverunt. Hii vovent se pauperibus servituros.

Petrus Abaelardus insignis fuit doctor sed in heresim cadens ab Innocentio condempnatur.

Visiones Tundali facte sunt in hibernia terribiles.

Visiones sancte Elizabeth facte sunt.

Visiones sancte Hildegardis virginis et prophetie plurime apud Treverim facte fuerunt.

Scisma xix ecclesie fuit inter Innocentium secundum et Petrum leonis. Sed post discordiam eligentium sed Innocentius optinuit quia maior pars erat secum. Beatus Bernardus per septem annos laborans pro unione fortiter.

6313 | 6323 | 6333

1118 | 1128 | 1138

Iste Gelasius obtinuit more Henrici imperatoris cum cardinalibus Gaietam accessit deinde per mare veniens in Burgundiam apud Cluniacum mortuus est et sepultus. Idem scisma imperator contra eum fecit erigendo quendam Benedictum Hyspanum quod etiam postea cum Calixto confirmatum est.

Iste Calixtus fuit filius comitis Burgundie electus in locum Gelasij. Hic prefatum Benedictum sapiens ante se equitare fecit supra mulam ignominiose ita ut versa facie caudam pro freno teneret et usque ad urbem ageretur ubi trusus fuit in carcerem. Papa autem cum imperatore pacem fecit. Hic Tholose synodum celebravit in qua dampnavit fictos quosdam religiosos qui plures hereses seminabant contra sacramentum et bona ecclesiarum. Fecit libellum de miraculis sancti Iacobi. Statuit etiam hystoriam sancti Karoli descriptam a beato Turpino Remensi archiepiscopo. Fundavit monasterium Bonevallis cistercij ordinis.

Iste Honorius in gratiam recepit Rogerium de Sicilie sumit cum in ducatu Apulie se omagio qui fuit rex Sicilie et magna post pro fide fecit. Hic duos patriarchas deposuit scilicet Aquilegiensem et Venetum quia adhererent eos fuisse scismaticos. Mortuus tandem Rome sepultus in ecclesia lateranensi. Idem Rogerius post ab Innocentio coronatur quia sibi contrarius fuit.

Iste Innocentius fuit vir valde devotus et tales suo lateri sociavit. Habuit scisma per annos vii. contra Petrum leonis quem canonice non elegerunt et per vim rapuit papatum. Quod videns Innocentius cum duabus galeis fugit in Galliam ubi fuit gloriose susceptus a sancto Bernardo quia tunc omnes reges et principes in manibus suis habuit pro honore eos ut reducerent dominum papam ad sedem suam plura de eo narrantur in vita beati Bernardi. Tandem pacatis omnibus et horribiliter divino iudicio adversarijs consumptis pacifice et utiliter ecclesie prefuit. Sepultus in laterano gloriose.

Iste Conradus fidelis et melius princeps fuit et quia hoc tempore bonum regimen in ecclesiastico statu fuit ideo principes prompte obediebant propter exemplaritatem prelatorum. Iste rex cruce signatus a beato Bernardo transfretavit et multas et miraculosa bella gessit pro dilatatione dominii christiani inter Sarracenos. Passus est etiam magna dispendia propter dolum Grecorum.

Passagium magnum contra Sarracenos factum est quod Lotharius et Lodowicus crucem susceperunt. Beatus autem Bernardus divino tactus spiritu crucem predicavit et plures provocavit sed non evenit sicut sperabat quia Greci dolum magnum fecerunt cum calce farinam mixta mercantes exercitum.

Iste Fredericus fuit vir magnorum operum adeo ut quidam dicerent quod post Karolum magnum in gestorum magnificentia orbis simile non habuerit. Verum in uno tamen gloriosus (?) fuit in hoc quod cum Alexandro papa altercavit et contra papas scismaticos fovebat longo tempore permansit tamen postea et veniam petens ecclesie pro satisfactione suscepit. Ipse post magnos triumphos in quodam flumino submersus est improvise.

Imperatores

.ii.
Conradus
an. xv.

.i.
Fredericus
an. xxxiii.

Pius Ludowicus rex Francie claruit qui magna pro fide fecit. Hic a beato Bernardo cruce signatus et ultra mare transiens captus fuit et multa dampna passus est. Multa prelia gloriose gessit. Henricus autem frater eius monachus efficitur in Claravalle post episcopus.

Comes Niuernensis (?) filius eius humilimus conversus in Carthusia.

Theobaldus comes Campanie vir totus misericors.

Hugo (?) Foliet scripsit librum de claustro anime.

Robertus rex Sicilie Grecos vastavit usque Constantinopolim et Ludowicum regem Francie a piratis liberavit.

Gratianus monachus decreta compilavit et ab Eugenio approbatum et episcopus fit in Tuscia in Clusina urbe de omnibus fuit.

Petrus Lumbardus episcopus Parisiensis frater Gratiani librum sententiarum edidit.

Petrus Comestor frater Gratiani hystoriam scolasticam composuit et alia.

Edissa que olim dicebatur Rages Medorum semper invicta et sancta hoc tempore destruitur.

Guilhelmus puer in Anglia crucifigitur a Iudeis in die sancto parasceves. Erat tunc puer ibidem quidam nomine (?) ...

Pestilentia sacri ignis fuit et puer quidam ab igne liberatus omnem hystoriam minor textum evangelii actus apostolorum quasi in libro legeret aliis pronunciabat.

Petrus Tharentasiensis episcopus vir sancte (?) claruit in religione.

Norwegia convertit ad fidem ubi primo predicavit cardinalis Albanensis.

Corpora sanctorum trium regum transferuntur de Mediolano ad Coloniam per Reynoldum archiepiscopum Coloniensem. Ex tunc Colonia floruit.

Visio horrenda facta Lingonensi episcopo a quodam heremita iam defuncto qualiter xxx milia hominum decesserant quorum tres salvati sunt omnes alii in infernum vel purgatorium mittendi sunt dimersi.

Bohemia fit regnum contra ... datus fuit.

Sol obscuratus est hoc tempore. Fames etiam magna. Terremotus maximus. Anthiochia cum Tripoli et Damasco ceciderunt. xxv milia hominum submerguntur. Mare rubrum (?) Gradium versum est. Tres lune apparuerunt et in medio signum crucis. Et tres soles visi sunt et post sol obscuratus iterum fuit ab hora sexta usque ad nonam.

Sanctus Thomas Cantuariensis archiepiscopus martyrizatur hoc tempore in Anglia multis clarens miraculis. Henricus autem rex Anglie misit solempnes ambaxiatores excusantes se de nece eius et crucem suscepit post triennium. Canonizatus ab Alexandro.

Sanctus Bernardus canonizatur per Alexandrum et postea Dauid (?) suo (?) prohibuit cum abbatis ne plura miracula faceret et obedivit.

Scisma xx. erat inter Alexandrum et quatuor scismaticos sed Alexander optinuit.

Anno mundi

6323	6343	6363

Pape

Tusius (?) .ii. **Celestinus** mensibus v. diebus xviii.	Bononiensis **Lucius** mensibus xi. diebus iiii.	Pisanus .iii. **Eugenius** an. v. mensibus iiii. diebus xx.	Romanus .iiii. **Anastasius** an. ii. mensibus iiii. diebus xxvi.	Anglicus .iiii. **Adrianus** an. v.	Senensis .iii. **Alexander** an. xxi. mensibus xi. diebus xix.

1133 (?)	1151 (?)	1161 (?)

Anno christi

Iste Celestinus parum sedit. Sepultus in Laterano.

Iste Lucius similiter parum prefuit quia ambo in pestilentia brevi obierunt. Sepultus in Laterano.

Iste Eugenius fuit monachus beati Bernardi in Claravalle a quo missus Romam cum aliis pro instauratione monasterii sancti Anastasii ibi abbas efficitur et non longe post ex inspirato in papam electus est. Hic cum esset simplex preditus cum mirabili gratia et eloquentia presidente beatus etiam Bernardus illum solemnem librum de consideratione ad eum scripsit. Romani autem solito more fervescentes seditionem faciunt. Quapropter vir sanctus dans locum ire in Galliasque veniens pristinum locum dilecte Clarevallis humiliter benigneque visitavit. Alloquitur fratres non sine lacrimis memor pristine et tam pulchre quietis iam perdite miscens sermonibus alta a corde suspiria hortatur consolatur et se inter eos fratrem et socium non dominum exhibet vel morum. Mirantur omnes in tanta altitudine humilitatem immobilem. Adherebat carni eius lanea tunica et diebus ac noctibus cuculla vestibus. Sic ibat sic cubabat intus monachi habitum retinens extra se pontificem et moribus et vestibus exhibebat rem difficilem agens. Divisam in uno homine proprietatem exhibens personarum. Sagmenta ei circumferebantur et pulvinaria lectus eius palliis opertus cortina ambiebatur purpurea. Sed si revolveres operimenta invenires superiectis laneis complosa stramina et paleas conglobatas. Homo in facie deus videt in corde. Eternum omnibus monachis et pontificibus exemplum relinquens. Demum valedicens fratribus clamantibus universis benedictus qui venit in nomine domini. Obiit tandem in magna sanctitate suis meritis Romam illustrando miraculis pluribus. Sepultus in basilica sancti Petri. Moritur statim etiam beatus Bernardus eodem anno.

Iste Anastasius fuit abbas sancti Rufi Valentinensis diocesis deinde in cardinalem et post in papam assumitur. Hic fecit palatium novum apud sanctam Mariam rotundam. Moritur sepeliturque in Laterano.

Iste Adrianus natione Anglicus episcopus Albanensis vir magnanimus et verbi dei cum zelo predicator. Coronavit regem Sicilie et Romanos compescuit censuris. Ante legatus fuit in Norwegia ubi gentem illam barbaricam convertit et instituit. Post electus in papam officium factum honorificavit. Dicitur quod presbyteri fuerunt qui cum eius mente veteri in gratiam duxerint. Hic fecit omnes in Radicofano et turribus munivit et multa comparavit circa locum sancte christine. Sepultus in Vaticano.

Iste Alexander vir strenuus longum scisma habuit xvii annorum. Quatuor scismaticos intrat successive et excomunicavit qui omnes mala morte perierunt. Prevaluit etiam contra imperatorem et ad unionem revocavit. Duo concilia celebravit unum tantum et aliud in urbe. Tandem omnibus non sine labore suam oppositus putat qui adversus talem regem dimicavit gloriose ad unitatem reduxit et eos qui propter scisma iam eiecti fuerant restituit. Moritur post sepultus in pace christi. Ipse confirmavit ordinem Carthusiensem cum scriptione omnium cardinalium suscipiens eum sub protectione sancti Petri sibique data de privilegia aliqua quibus utuntur et alii missis xx plurima superaddiderunt et monasteria quedam erexerunt.

Sanctus Richardus a iudeis parisius martirizatus fuit et iudei expelluntur a regno. Beatus petrus monoculus abbas clareuallis fuit.

Abbas ioachym fuit qui plura predixit et scripsit in quibusdam errans vt in principio de trinitate. Requisitus a tribus at principibus an ipse deleret ad terram sanctam. Respondit non quia tempus nondum aduenisset.

Sancta alpiadis virgo sanctissima claret que humiliter nata et subulcata erat in terra zenonen. cibo spiritualiter vtebatur et nullo corporali cum venusta facie.

Beatus hugo episcopus lincomen. ordinis carthusien. in anglia summus claret miraculis.

Iste henricus filius frederici accepit Constantiam filiam regis sicilie in vxorem cuius occasione cum subiugauit sibi totum regnum Apulie fugatis hiis qui illud tenebant.

Scisma oritur in imperio post mortem henrici propter discordiam electorum. Nam quidam elegerunt philippum ducem sueuie fratrem eiusdem henrici. Alij ottonem filium ducis saxonie. Facta est igitur altercatio magna et bella in alamania. Tandem otto preualuit quia papa Innocentius tenuit cum eo. Philippus autem statim post pacem quam cum ottone fecit interfectus est dolose.

henricus · v · an · viii ·

philippus an · xii ·

Heresis Waldensium seu pauperum de lugduno incepit cuius inuentor fuit Waldensis ciuis lugdunensis qui cum diues esset relictis omnibus euangelicam paupertatem seruare voluit. Fecit igitur sibi aliquos libros biblie cum nonnullis sanctorum auctoritatibus quas nimis sane intelligens suo inflatus sensu apostolorum officium sibi vsurpauit predicando vbique et suos ad predicandum mittens errores plures seminauit. Moniti autem responderunt deo obediendum esse magis quam hominibus prelatos et clerum aspernando. Tandem contumaces excommunicati sunt et expulsi a patria. Postea in concilio heretici denunciati sunt. Factum est igitur grande malum et laqueus magnus simplicibus deuotisque personis scandalum immensum. Vtinam hodie esset finis.

Iherusalem iterum permittente deo capitur a sarracenis et gloriosum sepulchrum dominicum cum sancta cruce penitus perdita christianorum precipue luxurie et rapine. Et quia tota terra sordescebat facinoribus ideo proiecit dominus populum suum.

Passagium grande ordinatur tempore clementis tercij vbi fredericus imperator cruce accepit et multi principes cum eo. Factus est igitur excursus maximus sed parum profecerunt nec aliquid recuperauerunt preter solum acharon.

Beatus ancelmus episcopus blesinen. ordinis carthusien. claret bona vita.

Liuonia regio septentrionalis magis conuertitur ad christum pro parte.

Maria oignies claret miraculis in diocesi leodien. et multe alie virgines et vidue seu in maritate fuerunt ibidem.

Dominicus hyspanus vir sanctus apostolice perfectionis emulator mirabili zelo persequitur hereticos miraculis clarens ordinem predicatorum instituit.

Franciscus ytalicus vir deo placibilis feruoris summeque perfectionis paupertatis euangelice quasi quoddam exemplar plurimorum multis claret miraculis Ordinem minorum instituit.

Helinandus monachus beluacensis sancte vite scripsit cronicam ab origine mundi et de reparatione lapsi et alia.

Iacobus de vitriaco scripsit multa vtilia precipue de sanctis mulieribus que fuerunt plures in diocesi leodien. fueruntque tempora satis sancta hec.

Ordo cruciferorum theutonicorum incepit circa hec tempora sub celestino papa et

Ordo trinitatis circa idem tempus incepit

6373 6383 6393

Lucius an · iiii · me · ii · d · xviii · (tuscus · iii ·)

Vrbanus an · i · me · x · d · xxv · (lumbardus · iii ·)

Gregorius me · ii · (beneuentanus · viii ·)

Clemens an · iii · d · xvi · (romanus · iii ·)

Celestinus an · vi · me · viii · d · xi · (romanus · iii ·)

Innocentius an · xviii · me · iiii · d · xxiiii · (campanus · iii ·)

1178 1188 1198

Olim fides catholica per potentes principes per argutos philosophos per subtiles hereticos ceterosque viros spectabiles impugnata fuit. Diebus autem istis per vilissimos ydiotas ac laicos pannosos grauiter et non modice tribulata. Quasi dicat ecclesia iam vbique dextro afflictor si nec ista tribulatione cessauit qui in ea ipsa putabantur indignum quorum conuersatio deo et hominibus odibilis est que ad nichil quod vtile est valent in signo se mentiuntur me zelare vt sic efficatius noceant. Fuerunt nichilominus postea quidam subtilissimi heretici qui istam heresim waldensium defendere conabantur. Plura et contra eos plures dederunt contra quibus tandem insuperabiliter ecclesia iam perierunt.

Iste lucius fuit episcopus ostien. qui post verone moriens est habens tale epithaphium
Luca dedit lucem tibi luci pontificatum ostia papatum
Roma verona mori. Immo
verona dedit verum tibi viuere Roma exilium curas
ostia luca mori. Pulcherrimus quasi quoddam apolo

Iste vrbanus fuit generatione mundus de ciuitate mediolanen. Ad cum venit abbas ioachym de calabria hic cum audisset captam ihrlm a sarracenis nimio dolore factus obiit sepultus ferrarie.

Iste gregorius magnum zelum habuit pro terra sancta. Cepit predicare de modo recuperandi eam et statim obiit pisis.

Iste clemens ordinauit monasterium extra muros quod dicitur sancti laurentij et quedam alia edificia. Eius tempore factum est passagium magnum contradicente abbate ioachym quia nondum venisset tempus.

Iste celestinus in die sancto pasche coronatur et die sequenti coronauit henricum imperatorem. Ipse fieri fecit pallacium apud sanctum petrum.

Tartarorum regnum incepit quod crescit valde et adhuc hodie est magnum in mundo.

Iste innocentius magnis laudibus extollitur quia vtilis valde fuit ecclesie dei quod opera eius testantur. Fecit enim fieri hospitale sancti spiritus. Renouauit ecclesiam sancti sixti. Composuit decretales sermones et multa alia glosa. Coronauit ottonem et eundem deposuit quia non seruauit fidelitatem. Hereses plures dampnauit scilicet albien. contra quos cruce predicari fecit. Item alberti librum abbatis ioachym contra petrum confirmauit. Sanctum hugonem lincomen. ordinis carthusien. canonizauit. Tandem post plura bona pacem faciendo inter pisanos et ianuen. moritur apud perusium et ibidem sepultus.

Iste otto romam veniens ab innocentio coronatur contra consilium multorum et noluntatem. Et versa est benedictio in maledictionem quia eodem die fracto iuramento contra ecclesiam cepit tirannizare stolidissime quare statim excommunicatur et deponitur. Tandem in contumacia moritur.

Iste fredericus filius predicti henrici electus fuit contra ottonem ut eum expugnaret quod et fecit. Ex tunc cepit ecclesiam lacessere quare excommunicatur et deponitur per honorium qui ipsum coronavit. Hic multa mala fecit et contumax diu permansit morteque preventus sine sacramentis a proprio filio suffocatur. Hic igitur multa exempla fiunt de persecutoribus ecclesie qui miserabiliter perierunt. Ipse filium suum henricum suffocaverat quapropter ab alio filio suo suffocatus est tempore innocentii quarti.

Lapis magnus cecidit in monasterio sancti gabrielis habens signum crucis et ymaginem christi expressam desuperque aureis litteris scriptum Ihesus nazarenus rex iudeorum cecum illuminavit.

Frisia pene tota submergitur fluctibus marinis in qua perierunt hominum plus quam centum milia propter irreverentiam facta sacramento a quodam presbitero. Postea revocavit beata virgo maria. Et constructa est ecclesia in loco ubi hostie ceciderunt et cessavit quassatio.

Imperatores

Otto
iiii. an. ii. post mortem philippi

fredericus
ii. an. xxx. ix. sine contumax

Vacat imperium longo tempore post depositionem frederici et etiam post eius mortem. Ideo plures annos attribuunt frederico licet paucis iuste in obedientia ecclesie regnaverit quia non statim alius in locum eius electus fuit.

Constantinopolis recapitur a latinis ubi balduinus comes flandrie imperator efficitur.

Wilhelmus parisiensis incepit ordinem augustinianorum qui etiam dicitur mendicantes.

Crux predicatur quinque vicibus et hoc in aere ostensum fuit quia cruces diversorum colorum in aere patenter resplenduerunt.

Albertus patriarcha ihierosolimitanus ordinem carmelitarum instituit in monte carmeli.

Pueri .xx. milia et amplius de alamania convenientes diabolica machinatione decepti conversionantur quasi per eos deus vellet recuperare terram sanctam secundum illud Ex ore infantium etc. Sed cum ad mare venissent a piratis dolose in naves rapiuntur quasi eos ad ihierusalem ducere permitterentibus. Veri multos submerserunt alios vendiderunt sarracenis. Sic patet quod de similibus in futurum faciendum sic si similis casus occurreret.

Pastores pecorum similiter de hyspania descendentes cum turba gravi parisius venerunt omnia bona clericorum vastantes in mediis plebibus gratulantibus. Sed cum etiam laicorum bona reprisissent devorare statim expugnati sunt et expulsi a patria. Sic patet quomodo diabolus etiam suas arces predicavit.

Almericus hereticus comburitur parisius.

Anno 1214.

Consilium lateranense celebratur in urbe. M.CCC. prelatorum.

Wilhelmus vivenensis episcopus vir sanctus et doctissimus claret qui duo milia pauperum tempore famis quotidie pascebat.

Sancta elisabeth filia regis ungarie vidua omni virtute plenissima claret sanctitate vite.

Anthonius filius regis hispanie frater minor vir sanctus clarus habetur.

Ihierusalem destruitur usque ad solum excepto templo et civitate davidis a corradino filio saphadini.

Tartari devastant horribiliter ungariam et poloniam. Fit igitur ingens terror in christianitate. Sed precibus sanctorum impediti sunt ne procederent.

Mons quidam maximus in burgondia imperiali dividitur et decurrit per multa miliaria quinque milia hominum suffocavit. Tandem ad alios montes accessit miraculose.

Decretales id est liber decretalium antiquus compilatur per Raymundum ordinis predicatorum de mandato gregorii ix. et ad studia mittuntur.

Quatuor ordines mendicantes videlicet predicatores minores augustinenses et carmelite confirmantur ab honorio.

Anno mundi

6403 — 6413 — 6423

Pape

Honorius
ann. x. m. viii. d. xxiii.
cessavit ... iii.

Gregorius
ann. xiiii.
cessavit ... ix.

1204 — 1214 — 1224

Anno christi

Sanctus petrus mediolanensis postea martir claruit. Habetur adhuc puer.

Sancta clara fulget virtutibus.

Rex affrice christianis bellum intulit et fugatus est. Perierunt amplius .c.m. sarracenorum.

Symon comes montisfortis velut alter karolus mirabiliter triumphat contra hereticos habens secum episcopos et abbates sanctos precipue sanctum dominicum. Fugavit aliquando centum milia hereticorum cum paucis .viii.c. catholicis.

Iste honorius multos honoravit. Canonizavit plures sanctos. Fredericum coronavit et etiam deposuit propter rebellionem. Ecclesiam sancti laurentii extra muros et basilicam que dicitur sancta sanctorum renovavit. Decretales composuit. Ordinem predicatorum et minorum confirmavit. Tandem moritur et sepelitur rome in ecclesia beate marie maioris.

Iste gregorius plures canonizavit. Contra fredericum constanter ecclesiam defendit et romanos corruptos pecunia facta processione solempni a laterano usque ad sanctum petrum cum capitibus apostolorum mirabiliter revocavit. Itaque contra fredericum pene omnes cruce signarentur quapropter idem fredericus ab urbe recessit. Longum librum decretalium per Raymundum compilari fecit. Tandem plenus tribulationibus propter tirannidem frederici et aliorum maiorum migravit ad dominum.

Fodiens quidam in hyspania apud toletum fodiendo invenit lapidem in quo erat liber vetustissimus in quo sic scriptum erat inter cetera In tercio mundo filius dei nascetur de virgine maria et pro salute hominum patietur. Et qui hoc debebit inveniri isto tempore s. ferdinandi regis castelle et statim iudeus baptizatur cum omni domo sua.

Isti duo fuerunt electi de mandato domini pape contra fredericum successive sed non prevaluerunt tirannidem eius superare quia potens nimis erat nec fuerunt coronati morte preveniente

Post longam imperii vacationem electores in duos se dividentes hos duos elegerunt. Fuit igitur scisma annis multis. Tandem mortuo Richardo Alphonsus coram gregorio x intuitu pacis voluntarie cessit. Erat enim vir prudens et astronomus maximus. Eius tabule famose sunt quas fecit quia compendiose

Henricus — an. iiii lantgravius turingie

Wilhelmus — an. ix comes hollandie interfectus a frisonibus

Alphonsus — rex castelle et legion. — simul isti duo

Richardus — annis ... frater regis anglie comes cornubie

Thomas de aquino doctor sanctus
Albertus magnus episcopus ratisponensis
Eustachius qui et bonaventura doctor devotus
Alexander de halis doctor irrefragabilis
Hugo cardinalis totam bibliam postillavit
Magister Jordanus sanctus et doctor miraculis claret
Magister ulricus
Petrus de tharentasia postea papa et plures alii viri sancti et litterati floruerunt in diversis mundi partibus quos divina pietas misit pro fidei defensione. Alioquin tota pene fides perisset propter hereticorum multiplicitatem subtilitatem simul et potentiam.

Bonus christianus moritur in tuscia miraculis clarus
Emundus archiepiscopus cantuariensis canonizatur ab innocentio
Lodovicus rex francie universis crucem accepit transiens autem mare capitur multa de ipso laude digna inveniuntur
Petrus novus martir ab hereticis occisus canonizatur miraculis clarus multis
Stanislaus episcopus cracoviensis ab iniquo principe interfectus canonizatur
Peregrinus quidam beate marie venditur cuidam in diocesi andegavensi Et statim cultelli illius homicide non cessant stillare sanguinem donec suspenderetur interfector ipse

Passagium grande factum est in quo sanctus ludovicus rex francie fuit parum profecit
Martinus cardinalis qui cronicam abbreviavit
Alexander de villa dei ordinis minorum qui doctrinale compilavit vir sanctus theologie professor
Sancta clara canonizatur ab alexandro 1255
Speculum hystoriale vincentii hic finitur

Vaticinium quoddam sacrilegum de cessatione evangelii christi et evacuatione sacramentorum ecclesie ante annos domini 1260 quod experientia temporis exsufflavit. Plura talia totaliter mendosa reperies

Festum sacramenti instituitur per urbanum quartum cum indulgentiis

6433 | 6443 | 6453

Celestinus — mediolan.
Innocentius — ianuen. iiii
Sedes cardinalium vacat restauratur personis ex diversis mundi partibus electis per innocentium
Alexander — campan. iiii
Urbanus — gallicus iiii

1241 | 1244 | 1254

Iste celestinus vita et scientia laudabilis senex et debilis cito moritur. Sepultus in ecclesia sancti petri fuit episcopus sabinensis.

Contra pluralitatem beneficiorum facta est illa solempnis disputatio parisius anno domini 1238 in qua determinatum est per sanctos doctores quod nemo sine periculo peccati mortalis tenere potest duo beneficia quorum alterum sufficeret ad sustentationem suam. Quidam aliter opinati fecerunt contrarium quos divina iusticia horribiliter dampnavit. De hoc sunt plura scripta et cetera in diversis locis.

Iste innocentius plures canonizavit. Fredericum per sententiam diffinitivam deposuit et anathematizavit tanquam hostem ecclesie anno tertio sui pontificatus adiutus a ianuensibus. Tandem mortuo frederico dum per apuliam cum magno exercitu incederet et post paululum moritur. Sepultus in Neapoli.

Iste alexander quendam manfredum pseudo regem sicilie excommunicavit. Duos falsos libros condempnavit loquentes contra mendicitatem et evangelium christi. Sanctam claram canonizavit. Moritur tandem viterbii et ibidem sepultus.

Iste urbanus fugavit exercitum sarracenorum per crucesignatos quem Manfredus contra ecclesiam miserat et contulit regnum sicilie comiti provincie fratri regis francie ut fugaret manfredum. Tandem moritur perusii et ibidem sepultus. Manfredus autem postea vita et regno privatur per Karolum

Iste Rodulphus fuit comes de hanesburch probus in armis strenuus et prudens electus apud basileam. Cuius tempore cepit p. terra sancta sed benedictionem imperialem non habuit tamen dominus papa electione eius confirmavit in favorem terre sancte

Pisis marinus in silitudine leonis captus fuit anno primo Martini pape qui dabat planctus horribiles Adductus autem in urbem veterem cunctis ostensus est quod monstrum hoc multi interpretantur esset signum futuri dispendii quod et factum est quia statim post Sicilia interfectis alemanis et fratribus in magno numero cardidit omnis ab obedientia karoli sui regis et per consequens ecclesie recessit petrum aragonum regem assumentes. Multa igitur mala secuta fuerunt Et in urbe parcialitas surrexit quia ursini contra hambaldos cum multa sanguinis effusione pugnaverunt Itemque inter sarracenos multa milia occisa fuerunt. Ideo non est mirum quod patrimonium ecclesie patitur solito more quia tempus est ut iudicium incipiat ab ecclesia dei Verum karolus non longe ante martinum obiit bene dispositus simon lis et devote sacramentatus petro inobediente federa mistiatur morino ex vulnere quod in bello susceperat sicut solent mori persecutores ecclesie quia durum est fragili homini contra stimulum calcitrare

Imperatores Rodulphus an. xviii. | Adulphus an. vi. | Albertus an. x.

Iste Albertus dux Austrie filius rodulphi predicti primum a bonifatio reprobatus deinde ab eodem confirmatus est propter regnum francie tunc inimicum ecclesie Cui etiam alberto idem papa regnum francie subiecit sicut et alia regna sed non profecit

Sancta hedwigis quondam ducissa polonie canonizatur miraculis clarens et canonizatur per clementem

In padua mulier quedam inhumata fuit

Benedictum sit dulce nomen domini nostri ihesu christi et gloriosissime virginis marie in eternum et ultra Amen. Nos cum prole pia benedicat virgo maria Amen quicumque hec legerit totiens quotiens habet tres annos indulgentiarum quos clemens concessit ob rogatum ludowici sancti regis francie solempniter

Tartari invadunt regnum Constantinopolitanum et multasque terras imperii occupant stragem incredibilem de hominibus facientes

Nicolaus de lira doctor theologie clarus habetur parisius hic fuit iudeus natione sed conversus profecit valde in ordine minorum Scripsit super totam bibliam et plura alia vel fuit anno domini 1320 vide in libris suis

Ordo celestinorum instituitur per virum sanctum celestinum qui in papam electus fuit nec unquam cendit a proposito suo usque hodie

Cometa visus est signum mali quia plura secuta sunt afflictiva christianitati

Concilium lugdunum celebratum per gregorium x. In quo fuerunt v.c episcopi lx abbates et prelati circa mille et greci et quidam tartari solempnes ibi fuerunt

Iste Adulphus comes de naxone non fuit coronatus propter papam quia obiit in bello contra albertum ducem austrie habitum

Tripolis capitur et destruitur a sarracenis et christianitatis nomen ibi deletur

Achon illa famosa fortissima et inexpugnabilis capitur a soldano et sarracenis propter discordiam diversarum nationum ibi commorantium

Terremotus magni fuerunt nec ausi sunt homines manere in civitatibus et papa bonifatius sub tentorio in prato quiescebat

Ludowicus olim rex francie canonizatur per bonifatium

Anno mundi

6463 | 6473 | 6483

Pape: Clemens | Gregorius | Innocentius | Adrianus | Johannes | Nicolaus | Martinus an. iiii. me. i. | Honorius an. ii. d. i. | Nicolaus an. iiii. me. i. | Celestinus me. v. d. v. | Bonifatius an. viii. me. ix.

1265 | 1275 | 1285

Anno christi

Iste clemens sanctus fuit hic prophetico spiritu predixit omnes hostes ecclesie tam finem perituros Unde creditur quod deus eius meritis tribulationes ecclesie in pluribus extinxit habuit autem uxorem et liberos. fuit provincialis natione

Iste gregorius satis actualis venit ad papatum quia cum esset archidiaconus leodiensis et iuisset ultra mare causa devotionis ibidem existens in papam eligitur Unde versus Papatus munus tulit archidiaconus unus Quem patrem patrum fecit discordia fratrum Veni hoc a spiritu sancto factum non dubium est quia valde bene se habuit non intendens permanentibus lucris sed elemosinis pauperum. fecit etiam primam ordinationem quinque episcoporum cardinalium plurimum laudabilem quia honestas et valentes personas assumpsit Moritur aretii sepultus ibidem

Iste innocentius fuit ordinis predicatorum famosus doctor antea vocatus petrus de tharentasia burgundus natione moritur statim rome sepultus in laterano

Iste adrianus fuit nepos innocentii iiii etiam statim moritur viterbii et ibidem sepultus

Iste johannes fuit in scientiis clericus famosus sed moribus stolidus omnibus viventibus hic cum diceret se diu victurum statim cum camera nova corruit et mortuus est viterbii

Iste nicolaus magnificus fuit in edificiis extruendis benefecit urbe diebus suis. Ordinationem cardinalium fecit anno primo pontificatus sui et iii moritur Unde sequitur turbatio romanorum propter parcialitatem ursinorum et hambaldensium et vacat sedes

Iste martinus fuit religiosorum amator prisque operibus valde intentus. Hic excommunicavit imperatorem Constantinopolitanum eo quod non redierat ad fidem sicut promiserat in concilio lugdunensi propter quod multa passus est et tota ecclesia similiter et petrum aragonie regem invasorem regni sicilie Tandem post multa bella que instruxit contra perfidos et tribulationes moritur perusii miraculis

Iste honorius fuit homo temperatus et clarus magne discretionis libenter habens pacem nullum lesit Hic predicari fecit crucem contra petrum invasorem regni sicilie Carmelite huius tempore dimiserunt mantellis variis albas cappas susceperunt

Iste nicolaus fuit dictus frater hieronymus minister generalis in ordine minorum qui licet bonus homo in se fuerit tamen multa infelicia ecclesie suo tempore acciderunt Nam multa bella orta fuerunt in orbe ipsius occasione quia nimis adhesit uni parti post hunc vacavit sedes annis ii. mensibus vi.

Iste Celestinus totus sanctus fuit obiit quia cum per annos duos cum medio cardinales concordare non possent ipsum tandem de heremo vocantes elegerunt Et statim propter omnis pressuri resignavit Ab eo dictus est ordo celestinorum Canonizatus est per clementem sub nomine sancti petri confessoris

Iste bonifatius fuit vir in hiis que ad curiam pertinent experientissimus sed quia pacem non habuit non posuit prudentie sue modum In tantam enim arrogantiam se erexit ut dominum totius mundi se diceret tam in temporalibus quam in spiritualibus. Hic multa magnifice fecit que in fine miserabiliter defecerunt dedit exemplum cunctis prelatis ne alta saperent sed formam sancti spiritus gregorii magis studerent amari a subditis quam timeri hic est de quo dicitur quod intravit ut leo regnavit ut vulpes vixit ut leo moritur ut canis

Cometa apparuit. Requitur statim bellum flandrense ubi cecidit flos militie gallicane. Anno 1302.

Iubileus instituitur a bonifatio viii. de centesimo in centesimum annum semper duraturus. Et fuit post iubileus anno domini 1300.

Liber sextus decretalium publicatur et ad studia mittitur per bonifatium octavum.

Festa quatuor evangelistarum et quatuor doctorum instituuntur hieronimi augustini gregorii ambrosii.

Alanus doctor universalis.
Johannes scotus doctor subtilis.
Johannes andree iurista maximus clarert bononie plura scripsit solempniter.

Iste henricus fuit comes lucenburgensis in militaribus actibus strenuissimus. Pacem per terram et aquam tenere concupivit. victor gloriosus et invictus bellator. Coronatus fuit a clemente v. Tandem intoxicatus obiit per quendam ordinis predicatorum in sacramento.

Rodus insula grecie capitur de manibus turchorum per fratres ordinis sancti Johannis hospitalariorum cum quibus adiacentibus fuit bellatum annis quatuor & xpiani finaliter optinuerunt.

henricus an. v.

Iudei expelluntur de regno francie bonis eorum confiscatis illuc numquam reversuri.

Templarii desierunt subito mirantibus universis quo tamen domini sic inspirante puniuntur. Horum ordinis abhominabilis causa fuit publicata postea quod erat prophana professio cum abnegatione xpi et exprimebant suis vitae in obprobrium crucifixi prout plures eorum confessi fuerunt. Steterunt ordo iste annis 180.

Dulcinus heresiarcha novariensis cum margarita uxore sua heretica et complicibus combusti fuerunt sed prius membratim excisi. Errores predicata fuit.

Concilium fuit vienne in quo presedit clemens v. multa ibi fuerunt statuta pro salubri regimine ecclesie et hereticorum extirpatione & indrees iterum se cumulantes sepedati sunt.

Iste lodowicus dux bavarie accepit coronationem domini pape quapropter ab eo depositus est multus igitur sibi labor & pericula successerunt. Nisus est etiam scindere unitatem ecclesie. Fredericum austrie ducem concurrens electum vicit. In contumacia usque ad finem durius permansit grande periculum animarum suarum portando. Tandem karolus contra eum eligitur qui finaliter. Lodowicus autem de equo cadens subito moritur.

Lodouicus iiii an. xxx.

Thomas de aquino doctor sanctus canonizatur l. anno post obitum suum.

Thomas episcopus erforden. canonizatur. Ludowicus tholosanus episcopus canonizatur filius regis sicilie ordinis minorum.

Clementinarum liber publicatur & ad studia dirigitur per Johannem papam.

Pauperes de lugduno qui se dixerunt de tertia regula sancti francisci tamquam heretici dampnati sunt et combusti pluribus locis et temporibus cum suis articulis erroneis. Unus articulus fuit quod xpistus & apostoli nichil habuerunt in proprio vel communi atque quod nullum ius habuerunt in hiis que scriptura dicit eos habuisse.

Rasma xxi inter Johannem xxii et quendam petrum de Corbario ordinis minorum causa fuit tirannidis ludowici qui scindere nitebatur unionem ecclesie eo quod Johannes papa eum excommunicavit. Ideo iste petrus in papam illum erexit et veneratus est sed nichil profecit quia statim successit et petrus veniens ad pedes Johannis veniam petens optinuit cum fuit tamen conservatus semper ut dicit.

6293	6403	6513

benedictus xi. an. viii. d. xvii.

Clemens v. vasco. an. viii. m. x. d. xv.

Johannes xxii. an. xviii.

1298	1308	1318

Iste benedictus natione lombardus ordinis predicatorum pauci sedit. Obiit perusii sepultus ibidem in ecclesia predicatorum miraculis choruscans. Hic suborta dissensione inter regem francie et bonifatium sedavit restituens privilegia et libertates quibus privatus erat rex. Post eum vacavit sedes annum sequentem et plus propter discordiam cardinalium.

Iste Clemens fuit tante probitatis in expediendis negotiis ecclesie quod tunc plurima fuerunt ut absens eligeretur. Hic concilium celebravit viennense. vii. librum decretalium qui intitulatur clementinarum duxit compilari fecit. Inquisitores contra templarios misit. Venetos superavit. Regulam minorum declaravit. Templarios dampnavit. ordinem sancti Johannis hospitalariorum exaltavit. Tandem post multa que laudabiliter egit moritur. Et vacavit sedes annis ii. mensibus iii.

Iste Johannes totus gloriosus fuit quo ad ea que in ecclesia romana exercenda sunt. Constitutiones Clementis publicavit et ad studia misit. Multos sanctos canonizavit. Episcopatus plures divisit. Et pluralitate beneficiorum multa bona instituit. Hereticos plures pro nimio zelo dampnavit. An autem salvatus sit an non deus etiam sibi de notissimis revelare noluit.

Declaratum est per Johannem edicto perpetuo esse hereticum esse censendum asserere xpistum et apostolos nichil habuisse in proprio vel communi sic affirmare in expresso cuius apostolis in hiis que eos habuisse sacra scriptura testatur nequaquam ius ipsis competere nec illa donandi aut ex ipsis alia acquirendi erroneum et hereticum idem Johannes papa declaravit.

Ordo novorum militum Ihesu Christi instituitur in Portugalia per Johannem xxii contra Sarracenos.

Imperatores

Johannes Mandevil doctor in medicina et miles in armis nacione Anglicus fuit circa hec tempora. Mirabilem peregrinacionem quasi tocius mundi perfecit quam scripsit tribus linguis. Mortuus est Leodii [et] est sepultus.

Odericus vir sanctus ordinis minorum in Asia et India evangelizando dissuffit mirabilia. Quatuor sociorum minorum corpora sui ordinis de civitate Hermes transtulit ad superiorem Indiam in civitatem Cartam non sine miraculis. Descripsit peregrinacionem suam.

Begardi multi combusti sunt primus propter heresim pauperum qui sub specie boni mala suscitare conabantur.

Spiritus quidam multa revelat in civitate Alexii prope Romam de quo pulcher liber scriptus est.

Ventus magnus fuit qui terras movit et muros edificiaque subruit.

Visio flebilis facta cuidam heremite in presencia domini Innocentii pape vi dum adhuc cardinalis esset unde aiebat: Vidi animas in infernum descendere sicut nives densissimas, in purgatorium sicut in hiemem rarissimas, sed ad paradisum tantum tres animas vidi introire scilicet illius episcopi, illius religionis et illius prioris Carthusiensis, que omnia sic postea reperit vera. Maximam igitur devocionem ad sanctum Carthusiensem ordinem habuit.

Declaratum est per Benedictum papam quod anime sanctorum que nichil habent purgabile primo statim ut decedunt faciem dei vident. Aliter sentire aut dogmatizare hereticum est.

Iudei per totam Alamaniam obruuntur quia fontes et puteos intoxicaverant sicut plures eorum confessi fuerunt id esse verum.

Aquarum inundacio maxima non ex pluviis sed scaturiginibus terre venarum dampna fecit infinita toto orbe.

Bellum maximum inter Philippum regem Francie et Edwardum regem Anglie fuit cum tanta strage ut mare Flandriense aliquot diebus tinctum sanguine videretur.

Pestilencia gravissima fuit ut vix vivi sufficerent ad sepeliendum mortuos. Item multe ville deserte diu manserunt.

Iubileus mutatur per Clementem de quinquagenta in quinquagenta annos propter brevitatem humane vite.

Sanctus Yvo Brito doctor iuris canonizatus fuit advocatus pauperum et sancte vite. Hic solus inter omnes iuristas modernos sanctus reputatur.

Iste Karolus rex Bohemie inter principes et altitus iussu Clementis electus fuit adhuc vivente Ludowico Bavaro. Et quia humiliter sancti Petri benediccionem ac pape coronacionem expetivit more aliorum bonorum regum, ideo in omnibus bene directus fuit et finaliter contra omnes adversarios suos. Ipse multa statuit precipue legem favorabilem pro personis et rebus spiritualibus que adhuc Karolina dicitur. Tandem moritur divitiis plenus & gloria. Sepultus Prage.

iiii Karolus an. xxxi

Portentum ignis in celo visum est quod a philosophis vocatur candela volanda. Eodem anno scilicet 1341 surrexerunt:

Cruciflagellatores. Hec secta pestifera surrexit in superiori Alamania et ad inferiora descendit, demum ad partes Gallicanas confluxerunt huiusmodi ex diversis ducatibus et provinciis nobiles cum ignobilibus. Flagellabant autem se cum flagellis nodosis aculeis insutis. Et nisi papa prohibuisset multa mala attemptasset.

Lector quidam Paulus nomine negando beatam virginem conceptam fuisse sine originali peccato coram toto clero et populo in Cracovia recantavit et expiravit in medio sermonis. Anno domini 1360. Henricus de Hassia testatur.

Iohanna regina Francie virtuosissima et humillima ut pie creditur sancte obiit anno 1360.

Anno mundi

6423 | 6433 | 6453

Pape

tholosanus — Benedictus — an. vii. me. iii. d. xvii

lemovicensis — Clemens — an. x. men. vii. d. xvi.

lemovicensis — Innocentius — an. x.

1334 | 1342 | 1352

Anno Christi

Iste Benedictus fuit monachus monasterii Bellensis ordinis Cisterciensis. Vocabatur Iacobus de Furno. Ab infancia bone vite et moris in theologia magister. Factus autem papa reformavit ordinem sancti Benedicti et Cisterciensium ubi necesse fuit. In largiendis beneficiis durus erat ne indignis conferrentur. Decretalem edidit Benedictus Deus in domo et multos privavit. Erat enim firmus fidei ... sinceritate zelator. Ob quod nimis minus carus. Tante rigorositatis fuit quod consanguineos nisi cognosceret nollet dicens papam consanguineos non habere.

Iste Clemens nomine et re totus virtuosus multa per Benedictum rigorose facta mitigavit, quosdam privatos restituit. Laudabilis fuit rigor severitatis Benedicti sed multo amabilior benignitas Clementis. Hic erat sermocinator egregius et sermones multos collegit. Nullum inconsolatum a se abire permisit.

Iste Innocentius amator fuit religiosorum. Fecit fabricari in regno Francie prope sanctum Andream monasterium ordinis Carthusiensis et multa privilegia eidem sancto ordini concessit. Sepultus ibidem. Fuit iusticia maximus.

Terremotus maximi fuerunt per diversa loca et basilea tota cecidit cum multis castris in circuitu. Tunc homines velut bestie in silvis morati sunt. Necessitates multe accidunt, bella etiam plura et pestilentie et fames fuerunt. Terraque in multis locis aquam albam et fetentem emovit. Que castra et loca fortia casu dedit.

Eclipsis solis fuit in principio marcij, duravit quasi duabus horis.

Tempora multum supersticiosa et curiosa populusque levis nimis.

Tempora periculosa propter hereses sectasque varias et superbia et iniquitas invaluit nimis. Vide in libro beate brigitte libro 6 capitulo 45. Dicitur quod secundum rigorem iusticie mundus meritis deberet perire quia peior est quam tempore diluvij, sed meritis sanctorum misericordia parcet ei.

Brigitta vidua sanctissima de regno suetie clara habetur, que multas revelationes habuit informantes ad omnem statum ecclesie. Ordinem instituit cuius ipsa patrona est. Festum eius agitur xxiii julij.

Ordo salvatoris qui vulgariter dicitur ordo beate brigitte circa hec tempora inchoatus, cuius regulam ipse met salvator dictavit.

Johannes de rupescissa ordinis minorum multa predixit mox futura de duobus antichristis et desolatione tirannum generalique conculcatione cleri et reductione totius orbis ad fidem christi pluraque alia ante annum domini 1350 que dixit revelata a domino ihesu, sed non evenerunt. Et dum in vinculis teneretur grandia scripsit de futuris. Nota sepe ab initio fidei de huiusmodi pronosticatores fuerunt et quotquot tempus determinatum scripserunt de huiusmodi arcanis que pater posuit in sua potestate decepti fuerunt. Ideo non cuiuspiam apostoli fides adhibenda.

Katherina de Senis virgo inprobabilis sanctitatis hoc tempore claruit. Vitam eius scripsit magister Raymundus ordinis predicatorum confessor eius. Obiit anno domini 1380. Multum iustificavit partem urbani sexti dicens ipsum esse indubitatum papam. Habuit secum virginem sanctam Katherinam timore filiam beate brigitte et alios plures virosque sexus personas venerabiles.

Iste Wenselaus filius predicti karoli regis bohemie fuit adhuc patre vivente in regem electus sed non curavit de imperio. Ideo post multas ammonitiones tandem depositus fuit. Nobilem eius indolem libidinosa vita polluit fuitque finis eius sine honore. Nimis enim degener erat a moribus et virtutibus sui genitoris. Nec unquam imperiali diademate coronatus. Paterna autem probitas in Sigismundum fratrem eius transisse fertur ut patebit infra.

Wenselaus
an. xxiiii.

Secta chorizantium transiit anno domini 1374 et fuit in rhenus mirabiliter.

Festum visitationis marie instituitur ab urbano vi. secundum formam sacramenti eucaristie propter impetrandam unionem meritis marie virginis.

Vincentius de valentia alias de ferrariis sanctus ordinis predicatorum claret miraculis multis. Canonizatus est post a calixto iii. anno domini 1455 quod et sibi spiritu prophetico predixit bernardinus discipulus eius.

Scisma xxii. omni scismatum que ante fuerunt pessimum et subtilissimum. Adeo enim perplexum fuit ut etiam doctissimi et consciencioso viri non valebant discernere cui esset magis adherendum. Fuit continuatum per annos xl cum gravi scandalo totius cleri grandique iactura animarum propter hereses et alia devia que tunc pullulaverunt eo quod non esset disciplina in ecclesia. Scisma huiusmodi ideo ab isto urbano vi. usque ad Martinum nescio quis fuerit papa.

6553	6563	6573
	Urbanus v. an. viii.	Gregorius xi. an. viii. — Urbanus vi. an. xi. / Clemens vii. an. xv.
1352	1362	1372

Stigmata christi mulier quedam in manibus et pedibus habuit, morabatur in oppido delft in partibus hollandie.

Studium prage instituitur et privilegiis dotatur ab innocentio vi. intuitu karoli.

Iste Urbanus fuit abbas masiliensis ordinis sancti benedicti, decretorum doctor et sanctus reputatur. Fecit crucem predicari contra turchos et passagium ordinavit. Intoxicatus obiit. Ad ipsum beata brigitta fuit missa a christo pro confirmatione regule.

Iste gregorius dictus fuit petrus de bellaforte lemovicensis dioc. diaconus cardinalis. Obiit rome in pace christi post eum sequitur tribulatio quam dominus beate brigitte preostendit propter peccata cleri.

Iste Urbanus electus fuit in urbe propter timorem Romanorum sed cardinales hoc metu fecerunt et non ex animo. Quapropter fugientes ad civitatem fundorum dixerunt ipsum non esse papam et elegerunt loco eius dominum Robertum de gebennis eodem anno qui dictus est clemens vii. Et hic oritur scisma.

Gerardus groet clarit sanctitate in te et sciencia incepit congregatione fratrum in daventria et plura scripsit.

Johannes rusbroech clarus habetur mirabiliter devotus et illuminatus etiam multa scripta in theutonico reliquit.

Iste ropertus fuit dux bavarie et comes palatinus Rhen[i] iustus et catholicus coronatus a bonifacio ix. hic anno grandi exercitu alamanorum intravit ytaliam contra iohannem ducem galiace cum iactura rediit dignus habitus ut pro iusticia pateret.

Cometa apparuit anno domini 1408 statim post leodium cecidit xl milibus interfectis de quo tale habetur dictum Tecle cecidit leodium Item

Domini prutenorum contra reges polonie bellantes superati sunt bensis xl milibus

Imperatores

ropert[us] an. ix.

Henricus orta sacre theologie professor famosus.

Henricus de hassia etiam doctor theologie fuerunt in vienna duo luminaria ecclesie

Heresis perversa Johannis wickleff in anglia et Johannis hus in bohemia ac hieronimi de praga pullulavit que multos infecit sub habitu omnino lupinam crudelitatem abscondentes totum ecclesiasticum statum subvertere nitebantur. Adiuvit eos tempus pessimum propter periculosum sisma.

Petrus de eliaco theologus et Johannes gerson discipulus eius etiam doctor theologie clarent parisius

Concilium pisanum in quo inchoata fuit materia de modo faciende unionis duos enim deposuit et tertium substituit Sic igitur peior sissura facta est quia non prevaluit contra quem bonum quod devenerat

1407

Ludovicus dux aurelianensis frater regis francie occisus est parisius dolose quod fuit occasio infinitorum malorum Causa acta est in concilio constan[tiensi].

Iste bonifacius eligitur Rome loco urbani contra quem fuit petrus de thomacellis et continuatur sisma

Iste innocencius fuit electus rome in loco bonifacii dicebatur cosmatus de aprusio

Iste alexander fuit electus in consilio pisano dicebatur petrus de candia Sic additum fuit sisma sismati quia tres gerebant se pro summis pontificibus

Anno mundi

6482	6493	6602

bonifacius ix. an. xv.

innocentius vii. an. ii.

gregorius xii. an. xii.

alexander v. an. i.

Johannes xxiii. an. viii. dictus balthasar de cossa

Pape

benedictus xiii. an. xxii.

Iste gregorius fuit electus Rome loco innocentii vocabatur ante angelus corarius cessit in consilio constantiensi

1384	1395	1405

Anno christi

Iste benedictus electus fuit in avinione in locum clementis dicebatur petrus de luna et perduravit usque ad consilium constantiense sed nec tunc quidem obedire voluit sed semper pertinax mansit. Moriens tandem in regno aragonie iussit suis cardinalibus quod statim alium loco sui eligerent quod et fecerunt et quendam elegantes clementem viii vocaverunt sed nichil profecerunt

Iste Johannes successit Alexandro et primo quidem bene iuravit pro unione fuit etiam in consilio constantiensi et optulit cessionem sponte sed postea depravatus latenter fugit quod tamen nil profuit ei captivatus deinde et cessit coactus factus autem iterum cardinalis sepultus Florentie

Iste Sigis. rex ungarie vir xpianissimus & humilimus fuit ut merito canonizari debet inter aliquos quondam piorum vata. hic afflicte ecclesie et pene desolate sua mirabili sapientia & industria succurrit. Nec in aliquo sibi ac suis pepercit donec plena unio fieret. Contra turchos infideles ix bella habuit ubique triumphando.

filius karoli

Sigismundus

an. xxviii

Cuius ulterius que de constantio theodosio karolo ceterisque piis imperatoribus digna laude memorantur huic seculo anteposuit applicari.

Bohemia vastatur atrociter per Sigis. et principes alamanie propter heresim hussitarum. Crux fuit predicata contra eos

1416

Concilium constantiense magnum in quo fides xpiana que iam multis annis quasi titubare videbatur fortiter erumpit. Ibi scisma pessimum xl annorum extinctum est. Ibi heretici dampnati et duo heresiarche scilicet Johes hus & hieronimus combusti et plura bona instituta. Declaravit etiam eadem sancta synodus quod concilium legitime congregatum representans ecclesiam plenam potestatem habet a xpo immediate cui omnes status et papa obedire tenetur in hiis que sunt ad generalem reformationem ecclesie in capite et in membris tam in fide quam moribus. Item quod decimo decennio in decennium debet celebrari.

1424

Francia ante hec tempora diu in flore fuit. hic in tristitia et merore iuxta morem mutabilitatis humane. Et non quod franci etiam extra patriam suam scilicet in turchia miserabilissime ceciderunt propter superbiam quia noluerunt audire consilium Sigismundi. Et captus fuit dux burgundie aliis interfectis qui post infinitum sanguinem effudit in xpianitate iuxta presagium cuiusdam pagani astrologi.

Regnum francie florentissimum miserabiliter supra modum diu vastatur per henricum regem Anglie qui etiam non valens quietus diei in delitiis sufferre postquam alios affluxit non sine grandi iactura suorum infelicissimo morbo pessimo vitam finivit. Itemque Johes dux burgondie idem regnum eque laceravit et ipse traditorie occiditur quod fuit infinitorum malorum occasio. Tandem dominus cardinalis sancte crucis ordinis carthusiensis pacis modum inter eos repperit. sed anglici noluerunt recipere sed burgondi tantum.

Johannes dux burgondie traditorie occiditur in conspectu regis francie statim post treuguas initas cum sacramento inter dominum ambos impleissent. Sequitur igitur multa mala longo tempore

Iste albertus dux austrie fuit gener Sigismundi. Sed eo assumptus fuit in regem bohemie & ungarie propter filiam scilicet eius quia alium heredem non reliquit. hic electus in regem alamanie statim intoxicatus obiit. mirum utique totaliter contristans adeoque pius ut tota plebs diceret quod mundus eius presidentia non esset dignus. Reliquit unum filium postumum in . . . de Sigis . . . & duas filias.

Iste frederic. dux austrie diu distulit coronari appetens propter scisma. Tandem sacra unione a Nicolao cum magna gloria imperiali diademate extitit in urbe coronatus. Vir pacificus & quietus nec odiens dem . . . filiam quoque regis portugalie duxit in uxorem.

Albertus · **Fredericus**

an. i. electus fuit . . . die 1438 die xviii mar . . .

Tres soles visi sunt in celo. Regnum statim triplex ecclesia scilicet eugenii concilii et neutralitatis.

Ventus maximus fuit anno xpi 1434

Concilium basiliense in quo multa bona instituta fuerunt pro reformatione ecclesie in capite et in membris. habuit principium gloriosum sed finem humilem ac tribulatione plenum propter scisma. Mirabilis enim eventus prevaluit. Concilium Constantiense contra tres papas eos deiciendo et quartum constituendo cum tot haberet adversitates et a nullo confirmatum fuisset. Istud autem tanta auctoritate collectum et confirmatum nunquam quod potuit vel in modico reducere ad normam sibi propositi. Immo econtra processus eius impeditus fuit ab uno.

Scisma xxiii inter Eugenium et felicem durantibus annis xvi. Causa fuit scismatis nova nec ante hec tempora audita. Concilium enim basiliense deposuit eugenium verum et indubitatum papam eo quod non servaret decreta concilii constantiensis ut dicebatur nec obedire curavit concilio basiliensi asserens magis contra debere fieri. Unde orta est magna altercatio scribentium de hac materia pro et contra. Deus autem super omnia benedictus det pacem suam in ecclesia sancta sponsa

Xpisti sui

6613 · 6623 · 6633

Romanus an. **Martinus** an. xiiii.

Venetus in. **Eugenius** an. xvi. dictus de gabriel

de **Felix** an. ix. Elegit 1439 xvii novembris

Eugenius depositus fuit x die Julij 1439. hic tenuit . . . usque ad annum domini 1448.

1417 · 1431 · 1439

Iste Martinus electus fuit per concilium constantiense depositis aliis contendentibus qui diu scisma habuerunt. hic igitur reddit unionem diu desideratam et necessariam pro fidei defensione. hic fuit papa potentissimus super omnes dominos et iustitiarius magnus. plateas et stratas publicas securas reddidit. hereticos delevit et multa bona patravit adiuvante eum Inclito principe Sigismundo. Proterea sancta imperatoria multos thesauros congregavit sed morte preventus res impedita fuit. Concilium etiam breviter ante mortem congregari iussit in basilica. Sepultus in Laterano.

Iste Eugenius fuit electus pacifice in urbe mortuo Martino et indubitatus papa. sed postea statim expulsus ita ut fugeret. Item a concilio basiliensi citatus et etiam depositus fuit. sed non curavit. Ob quod iterum scisma oritur quod stetit usque ad mortem eius. Qui infamebant sibi multa laude digna de eo dixerunt. Econtra qui adversabantur plura enormia sibi imposuerunt ut mos est. Tamen quicquid sit ante susceptam dignitatem fuit vir abstracte vite et bone fame. Ipse etiam Romam recuperavit adiutus a venetis & maiorem obedientiam habuit. Sepultus in basilica sancti petri.

Iste felix dux sabaudie princeps devotus et senex vidit filios filiorum suorum. hic vitam celibem vitam duceret electus est in papam a concilio basiliensi deposito Eugenio. Fuit scisma longo tempore. Non habuit magnam obedientiam quia neutralitas subintravit. Tandem defuncto Eugenio cessit Nicolaus autem papa per favorem imperatoris factus legatus francie et cardinalis sabinensis in papam assumitur.

Constantinopolis ciuitas imperialis capitur ab infidelibus turchis tradita per quendam ianuensem qui per tradicionem constitutus erat iuxta promissum et die quinto decollatur. Fit igitur planctus in tota christianitate timore grandis. Multi christiani trucidati sunt et innumerabiles venditi. Imperatoris corpus iam mortui decapitatum est ex huiusmodi turchorum perijt pene totaliter fides in grecia.

Imperatores

Lodowicus arelaten. episcopus cardinalis moritur vir sancte vite ac mire paciencie miraculis choruscans singularis columpna concilij basiliensis cum diu presedit.

Bernardinus fratrum minorum qui nouam reformacionem inchoauit moritur miraculis fulgens. Festum eius agitur xx° maij.

Johannes de Capistrano frater minor discipulus sancti bernardini statim post obitum eius prefuit reformacioni nouae clarus miraculis moritur etc. anno domini 1456 habita victoria contra turchos.

Bella plura in diuersis partibus sunt commissa in westphalia in prusia in flandria in anglia in romania in suecia maguntia etc. precipue in anglia strages magna.

Pueri sancti michaelis peregrinantium magno feruore per turmas quam longam ad mare britanicum fatigentes. Et fit timor cunctis ne spiritus nequam agitet eos. Sed statim cessauit propter tedium itineris et famem quam patiebant. Anno domini 1457 et anno precedenti.

Terremotus maximus in neapoli fuit perierunt multi xl.m

Reformacio magna plurimorum monasteriorum in diuersis municipibus fit. Et non huiusmodi reformaciones crebro facte legimus sed pene nulla remansit quin solito more per successum temporis ad pristinum languorem relabetur post venerabilium patrum morte.

Festum transfiguracionis instituitur a Calixto pro graciarum actione illius victorie miraculose facte contra turchum in vngaria eodem die sancti sixti anno domini 1457.

Victoria miraculosa celitus datur christianis in vngaria contra turchum et perdidit multos aufugit turpiter timore hostium procul fugiens cum nemo eum persequeretur. Sola manus dei terruit ipsum in die sancti sixti anno christi 1456. Beatus Johannes de Capistrano presens fuit ibi prouocans populum trepidantem ad persequendum infideles fugientes et facta est victoria magna. Dixerunt enim turchi quod tam immensus numerus armigerorum insequebantur eos quod mirarentur unde erant et dispicere. Ideo fugissent relictis omnibus. Ipsi fuerunt sancti angeli.

Puella nomine stina in partibus westphalie in oppido quod hamo dicitur aperte ac recentissime stigmata dominice passionis habuit in manibus et pedibus ac latere virgo nouiter conuersa. Anno videlicet 1464. Post spacium ad xv ebdomadarum post festum sacramenti coram xii testibus ostendit ea predicens quod post duas horas redirent qua tunc non inuenirent ea et sic factum fuit quia loca illa sanata fuerant.

Karolus filius philippi ducis burgondie contra ludowicum regem francie congressus atrox prelium commisit. Sed karolus victor regem francie cum paucis usque in ciuitatem parisien. persequitur ubi facta est pax que parum durauit. Anno domini 1465. De quo tale habetur datum: funes tercentum michi in predas.

Dionantium oppidum famosissimum leodien. districtus deletur cum fundamentis et per philippum ducem burgondie et eius filium karolum. Anno domini 1466. De quo tale habetur datum: Dinantum pollens cecidit victore philippo sed leodien. hoc cor ferentes contra pacis federa ducis patrias igni et ferro vastauerunt. Unde karolus post annum rediens ciuitatem leodiensem cum tota patria in dedicione accepit et demoliri fecit omnia fortalitia ciuitatum et oppidorum. Sed cum denuo se duci opposuissent rediit iterum karolus et ciuitatem igni cremauit.

Eduardus rex anglie expellitur per henricum regem sed iterum introducit auxilio karoli ducis burgondie et omnes aduersarios suos gladio delevit.

Jubileus mutatur per paulum de xxv in xxv annos et erit sequens anno domini 1471.

Nigropontis insula grecie capitur de manibus christianorum per turchos anno domini 1470.

6653 | 6643 | 6663

Nicolaus v. anni viii. — eligitur anno 1447 mortuus anno 1455.

Calixtus iii. patria hyspanus anni iii mensis iii.

Pius ii senensis.

Paulus ii venetus.

Sixtus iiii de sauona.

1447 | 1455 | 1464

Anno christi

Iste Nicolaus electus in locum Eugenij papa tantum vbique optinuit obedienciam mirantibus cunctis quod vir humilis nacionis sic preualeret contra ducem sabaudie qui fuit quasi affinis cunctis principibus christianitatis tamen dimissus ab omnibus sed statim sequenti anno ipse rediit cedente felice qui placuit deo per abiecta mundi glorificare suum nomen. Hic fuit magister in theologia totus aciduus et in receptibus locuplex multa diruta redificauit. Ipse canonizauit sanctum bernardinum ordinis minorum.

Iste Calixtus vir valde senex continue infirmabatur nec potuit perficere suum zelum quem contra turchos decreuerat impediente senio morte preuentus. Electus fuit anno domini 1455 ipso die sancti sixti in quo festum transfiguracionis instituit anno uno elapso. Ipse eciam canonizauit sanctum vincentium ordinis predicatorum.

Iste pius electus est anno domini 1458. vocabatur ante Eneas vir eloquens et orator magnus poeta laureatus imperatoris secretarius ante fuit. Hic passagium ordinaverat cupiens cum pluribus ex alamania venisset Romam ipsos cum benedictione remisit ad propria eo quod non sufficeret et statim ipse moritur in anchona anno 1464 die xiiij augusti delatus ad Romam sepelitur in basilica sancti petri. Ipse eciam canonizauit sanctam katherinam de senis anno 1461.

Iste Paulus electus est anno domini 1464. Fuit vir in hijs que ad cultum pertinent plurimum expertus primo quidem mutauit pluribus inchoauit edificare pallatium in circuitu ecclesie sancti marci. Moritur tandem subito et sepelitur in ecclesia sancti petri.

Iste Sixtus electus est anno domini 1471. Fuit ante minister generalis ordinis sancti francisci magister in theologia.